8 futurum cautionẽ exponet reus. ¶ In negatoria aũt est officiũ iudicis vt pro eo q̃ viceret, in ea precipiat iudex alteri ne ipsum rõne seruitutis inq̃reret quomin9 vtatur libere predio suo. ꝛ de hoc ipso exponet cautionẽ. vt. ff. si seruꝰ. ven. l. harũ. et. l. egi hoc q̃ lite conte. fertur diffinitiua sñia. Si aũt vocatus nõ veniat. ꝛ nõ est liquidum de causa q̃ obtineat notaui. j. de bo. auc. iudi. pos. ſ. vbi aũt. ¶ Illud aũt falsum reputo q̃ ait. ꝑ. ideo dici negatoriã q̃ proponitur verbis negatiuis. Et confessoriã ideo q̃ proponitur affirmatiuis. nã a seruitute altius non tollẽdi ꝛ cõfessoria negatiuis ꝛ negatoria proponitur affirmatiuis. Inſpicieda est potiꝰ sñia quã verba. vt ideo dicaꝫ cõfessoria q̃ quis sibi asserit deberi seruitutẽ negatoria econtrario. ¶ Itẽ illud falsum reputo q̃ ait. ꝑ. tũc demum dari negatoriã quãdo fuit seruit9 sed est amissa. nam ꝛ si nunq̃ fuit nec potuit esse vt q̃ erat locus public9 datur negatoria. vt. ff. si ser.
9 ven. l. loci. ſ. cõpetit. ꝛ. l. fistulas. Queriſ autẽ quãto tpe tollatur negatoria. Et videt q̃ xxx. annis cum nulla actio regulariter extendatur vlterius. vt. j. de an. excep. l. j. sed si hic datur occurrit cõtrariũ. q̃ si post. xxx. annos te vti seruitute non possium ꝓhibere: ergo videris eam quesiuisse spacio. xxx. annorũ q̃ si est ergo cõtradicit alijs legibus q̃ dicit seruitutẽ nõ q̃ri nisi tpe cuius non extat memoria lõgo tñ tempore si aliq̃s vtatur ea ꝓsumitur ꝓstituta ex illa cã q̃ prętedit̃ ꝑcessisse. vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. ſ. vl. ꝛ. l. ij. j. rñso. ꝛ. ſ. j. ꝛ. ſ. idẽ labeo ait. Ad hoc respõderi põt. vt dicã seruitutẽ nõ esse q̃ſtam. xxx. annis in fundo tuo. Sed tñ tu, ꝑpter negligentiã tuam, ꝓhibere nõ potes vtenteꝫ seruitute. ꝛ est silẽ ad hoc. ff. de ser. ru. prędi. l. per fundũ. q̃ sivnus socioꝝ ꝓstituit seruitutẽ per fundũ cõem nõ tenet seruitutis cõstitutio sed ipse non põt ꝓhibere. Vel dic etiã elapsis xxx. annis negatoria posse intẽtari. nõ ex ꝑterita itione. i. ea q̃ facta est iam sunt triginta anni. sed ex sequẽtibus vel ꝑsentibus. nec em̃ hec itio est illa. vel ecõuerso. vt. ff. de verb. obli. l. si sic. Nec est vnius itionis cõtinuatio ad aliã. vt ff. de serui. l. seruitutes. q̃ sic esse non põt assignari in possessiõe rei mee. quã per. xxx. annos possedisti. super qua postea nõ es cõueniẽdus. quia hic vna ꝛ eadẽ est possessio ꝑpter cõtinuationem ꝛ sic dices q̃ tñ vna est cõfessoria sz̃ tot sunt actus ꝓfessorie quot sunt modi. Huic sentẽtie nihil obijci põt. nisi q̃ mirũ videtur q̃ tot sint actiones quot sunt itiones. vel dic licet vere plures sint actiones tñ causa minuendarũ litium vna tñ actio põt intentari ꝑpter diuersas itiones. sicut ꝛ de pluribus herẽditatibus sufficit vna actio fa. herc. l. heredes. ſ. de pluribus. ꝛ ꝓ so. l. cum duobus. ſ. si plures. Et ſm hoc si actione intẽtata ꝑpter itionem vnã absoluaris. ꝛ iterũ te ex alia itione conueniã non obstabit exceptio. sicut in rei vendicatiõe non obstat mihi si absoluaris. q̃ non possides ꝛ iterum reperiris possidere. vt. j. ad exhibẽ. l. neq. Nunc de habitatiõe videndũ est. q̃ ꝛ ipsa personalis seruitus est. vt vsufru. ꝛ eodẽ modo cõstituitur vt vsufr. sz̃ in domo tñ. nõ tñ est vsufru. nec vsus est tñ quoddã mediũ ius inter eam et eius comodũ. q̃ ꝛ ipse inhabitare põt cum familia sua ꝛ alij locare. siue relicta sit habitatio siue vsufru. vel vsus habitationis. Et videtur esse relicta in vitã, ꝺois nisi breuius statuatur

BIU Cujas

tempus. Et extinguitur morte: non aũt extinguitur nõ vtendo. vel capitis diminutione. vt insti. de vsu ⁊ ha. ff. sed si cui. ⁊. j. eo. l. cum antiquitas. ⁊. ff. de vsu ⁊ habi. si habitatio. ¶ Seqtur videre de ministerio siue opera seruorum qualiter cõstituãtur: ⁊ in quibus: ⁊ qualiter restituãtur: ⁊ qualiter amittãtur. ¶ Constituuntur autem eisdem modis quibus vsumf. constituitur diximus. Libertis autẽ aliter fit impositio operarum. vt dicemus. j. de oper. liber. sed ⁊ in liberis personis si legãtur opere tenet legatum nõ tamẽ ius in psona cõstituitur. vt. ff. de vsuf. le. l. iij. Si vero in seruo constitueretur opera habet ius in psona ille cui debetur opera sicut ⁊ ille cui debetur vsuf. vel vsus. ¶ Cedit aũt dies operarum incertarũ tunc cum fuerint indicte certarum aũt tunc cum poterunt prestari ⁊ nõ sunt prestite. vt. ff. de operis ser. l. j. ⁊ de operis li. l. quotiens. ¶ Restituuntur aũt opere deductis necessarijs expensis sicut ⁊ in restitutione aliar̃ rerũ solet fieri: ergo nõ solum alia: sed etiã cibaria deducũtur cuz opere repetãtur a possessore si tamen erat seruus minor. v. annis vel debilis vel talis: vt non potuerit operari nulla fiet restitutio operarum: licet ds pretendat ꝺ possessorẽ q̃ forte dñs est serui ꝙ ipse possessor cum dilexerit vel in delitijs habuerit vel voluptatis cã penes se detinuerit. vt. j. e. l. añpe. ⁊ vlt. ¶ Amittũtur opere vsucapione serui quod notabile est qđ non seruatur in vsu vel vsuf. vt. ff. e. l. locũ. ſ. ꝓprietarius. ⁊ de vsuf. le. l. ij. Non aũt amittũtur capitis diminutione vel non vtendo vel etiã morte quod mirabile est nisi aliter dictum esset. vt ff. vsuf. quẽad. caue. l. huic. in fi. ⁊. l. idẽ. vel illud in ãnuo legato locũ hz nõ est referẽdũ ad legatuz ope. Et ex his ptz ꝙ opa fui neq; est vsus: neq; vsuf. ꝓpter dissimilia assignata. hz tñ commoditatẽ vsuf. sed ⁊ plus in plerisq;. Itẽ vsus habet ꝫmoditatẽ ⁊ ampli⁹ vt liquet ex ꝓmissis. Itẽ et locat opas ille cui debẽt opa ꝙ nõ facit vsuarius. ⁊ ꝓbanẽ hec. ff. de opis seruo. l. in ho minũ. ⁊. l. pe. ⁊ ad. l. fal. l. j. ſ. sed opas. ¶ Preter hec nota ꝙ hz his oĩbus ꝓmittat frui rebus vl inhabitare domos vel frui opis seruorũ nõ tñ eis ꝓmittẽ obligare[a] rẽ in quã habet seruitutẽ. vt. j. e. interest. hz ⁊ al's dicatur fruct⁹ rei est vel pignoꝛi dare licere. vt. ff. de vsu. l. vlti. hz ibi nomẽ fructus ponit ꝓ cõmoditate quadaz nõ ꝓ rei ꝓuẽtu: seruitus aũt ipa psonalis pignori obligari põt. vt. ff. de pig. l. si is. ſ. pe. Itẽ ptz ex his quattuor esse seruitutes psonales. s. vsũ fructũ ⁊ vsum ⁊ habitationem ⁊ operã seruoꝝ. ⁊ pro istis oĩbus interponit satisdatio de fruẽdo de vtendo de habitando de operis percipiẽdis boni viri arbitrio. vt. ff. si vsufru. pe. l. huic. Et ex stipulatione punitur culpa non solum q̃ est in faciendo que ⁊ ipsa punitur per. l. aquil. sed etiam ea que est in prętermittendo nec cohercetur per aquiliam vt si fructnarius agruz non proscindit vites nõ subserit ductus aquarum corrumpi patitur. vt. ff. eo. l. si cuius. ſ. de nicꝙ. Itẽ adijcitur in satisdatione de restituẽdo eo qõ inde extabit. vt. ſ. dictum est.

¶ De seruitutibus ⁊ aqua. 42

DIctuz est supra de psonalibus seruitutib⁹. Nunc ponit de prędialib⁹ quas appellat lex reales: vt. ff. eo. l. j. Sz melius dicẽtur prędiales: qr rei appellatio nimis est larga. Cõplectens etiã mobilia ⁊ incoꝛpoꝛalia: vt insti. de re. coꝛ. ⁊ incoꝛ. et. ff. si cer. pe. l. j. Prędij vero nomẽ immobilia tantũ cõplectitur: nec sufficit ei ponere rubricam generalẽ de seruitutib⁹: sed noĩatim posuit de aqua. i. de seruitute aque. qr in ea quod dam speciale assignatur: vt acq̃ratur lõgo tpe. vt. j. eo. l. ij. Et simile notauim⁹. ſ. de here. ⁊ manicheis. Videndũ ergo que dicũtur seruitutes prędiales: et quis constituat: ⁊ cui: et qualiter amittũtur. Sunt autẽ ꝑdiales seruitutes alie vrbane alie rustice. Urbane sunt que debẽtur prędijs vrbanis. Rustice aũt q̃ prędijs rusticis debentur ꝙ puto dictũ esse per causaz necessariam non sufficientẽ. Nã ad hoc vt si seruit⁹ vrbana necessariũ est ꝙ sit prędiũ vrbanũ cui debetur seruitus: et ꝙ ei debeatur vt vrbano. Si enim itervel via que rustice sunt seruitutes debeantur domui: tñ quia deberi possunt non in tuitu edificij: sed soli nihilominus dicũtur rustice seruitutes. vt arg. ff. de ser. ru. pre. l. certo generi. ergo solum edificiũ non est sufficiẽs cã ꝙ seruitus debeat: sed opz precedere pactum vel simile vt ea cõstituatur. Similiter dicam in rustica seruitute. nam ⁊ illa ideo tñ dicitur rustica qđ debetur rustico prędio nõ intuitu edifi cij alicuius. Et ꝙ hec ita sint declarabũt exempla vrbanarũ ⁊ rusticarum seruitutũ. ⁊ probari potest. ff. de ser. vr. pre. l. j. sicut em̃ dicitur stillicidium aduertẽdi in tectũ siue in aream vicini: et ita põt esse ꝙ area erat prędiũ rusticũ vel in villa vel in vrbe: sed tñ quia vrbanũ erat prędiũ cui seruitus debebat dicitur vrbana seruit⁹ sic ⁊ rusticũ erat prędiũ: verbi gra. edificiũ gratia fructuũ reponẽdoꝛũ: ⁊ ei ab vrbano prędio seruitus debeatur vel vt ipsum liceat altius tollere ⁊ officere ꝓtorio vicini vel vt cloacha habeatur per vicini domũ vel pretoriuz vel protectũ ad quam coloni mei prędij accedãt dicetur rustica seruitus. vt. ff. de serui. rustico. prędi. l. ij. ¶ Discuntur autẽ vrbana prędia oĩa edificiavbi cunq; sint inhabitãdi causa facta: secus si fierẽt cause fructuũ reponẽdoꝛũ. vt dictũ est. ſ. devsu fru. ¶ Et notari põt. ff. qui. mo. pig. ca. contra. l. eo. ſ. si tabula. Sunt aũt hec iura vrbanoꝝ prędiorum altius tollendi ⁊ officiendi luminibus vicini aut nõ extollẽdi. ¶ Itẽ stillicidiũ[b] aduertẽdi in tectũ vel in aream vicini. Aut nõ aduertendi. ¶ Item mittendi tigna in parietem vicini ⁊ denicꝙ deijciẽdi protegẽdive cetera cꝙ istis similia est ⁊ inter hec seruitus ne aspectu officiatur. Item vt prestetur prospectus. Item vt prestetur lumen ⁊ siquidẽ debeat mihi aliquis lumen id videoꝛ quesiuisse vt celũ videre possim vel de posita domo sua vel eiꝰ parte. vt ple

b Stillicidiũ. Vide de Cep. ī tracta. de ser. vr ba. l. cxx viij.

BIU Cujas

ne recepto lumine a se queniat in domū meaz. vt.ff. de serui. vr. prę. l. luminum. ꝛ. l. lumen. Si aūt ꝯs debeat mihi prospectū nō debet vt celum videā: sed vt fenestra vl aliquo simili aperte claritas diei ad me peruenīat: ergo quicūꝯ habet lumē habet prospectū: sed nō ecōuerso. ꝛ qz ille cui debeꝯ prospectus minozē habet cō modatē in fruendo ꝯ ille cui debetur lumen maiozē habet potestatē in prohibendo ꝯ eum qui debet seruitutē ne quid oīno faciat quod noceat ad gratiozē prospectū ꝛ liberū. Nam cū minus habeat minus offendi debet: qui aūtē debet lumē ꝛ si quid faciat quod noceat ad gratiozē prospectū ꝛ liberū. si tñ celum videre possim nō tenetur. Si vo celum videre nō possim. vel ꝓpter edificium a te factuz. vel arbozē positam teneris. ¶ Nam ꝛ arboz efficit quo minꝰ celū possit videri. Quid tñ si arboz vel edificiū impediat solis īmissionē. Siquidē mihi expediebat solē immitti tenetur ille ꝙ impedit solis īmissionē: alioquin ℈. vt.ff. de ser. vr. prę. l. luminū. ꝛ. l. inter. ꝛ. l. si arbozes. ¶ Et no. ꝙ nō tñ edificando: ſz etiā destruēdo impedit luminis īmissio si forte pressura quadam īmitteba tur in edes meas. vt in prędicto ti. l. si arbozē. ℈. interdū. Vñ ꝛ dicitur in libro regum. Refulsit sol in clipeos aureos ꝛ resplēduerūt mōtes ab eis. ¶ Rusticoꝝ aūt prędioꝝ iura sunt hec. Itē actus. via. aqueductus. aque haustus. pecoris ad aquaz apulsus. ius pascendi. calcis coquende. arene fodiende. que tria vltima possunt dici innoīate seruitutes rustice. Sed superioza ꝓpriis noībus gaudent. ¶ Est aūtē iter ius eundi ambulandi hominis. siue homo eat solus siue vehatur sella vel letica vel in equo vel in quouis animali: seo: sumvero a se nō potest agere iumentū vel vehiculum ducere qui iter tm̄ habet. vt insti. eo. in prin. ꝛ. ff. de serui. ru. prędi. l. j. ꝛ. l. qui sella. ꝛ. l. inter actum. Q̄ñꝯ etiā quod notabile est. iter nō est seruitus. vt si debetur fructuario a dño ꝑdij alteriꝰ. vt. ff. si ser. ven. l. ij. ℈. ij. Q̄ñꝯ oz vulgariter ipm̄ solū per quod iter vel trames vel calles. ¶ Actus aūt est ius agēdi iumentū vel vehiculum. itaꝯ qui iter habet actū nō habet. qui actum habet iter habet. i. cōmoditatē itineris eoꝯ pōt vti etiā sine iumentis nō dico ꝙ duas habeat seruitutes. vt. ff. o adimē. le. l. j. ꝛ isti. e. ℈. ij. ¶ Via aūt est ius eūdi. agendi. ꝛ ambulādi. nam ꝛ iter ꝛ actū via in se cōtinet. vt insti. e. ℈. iij. Inspectis tñ his diffinitionibus nō videt plus cōtinere via ꝙ actus. sed tñ ꝓbatur ex alijs plus cōtinere viam ꝙ actum. Nā ille qui habet viaz habet ius trahēdi vel lapidē vel trabem vl ferendi rectā hastam. que nō ꝓmittuntur ei qui habet actū spectatur eīm ꝙ fructus eodē modo possent ledi. ¶ Itē vie latitudo si latioz vel angustioz nō designetur ꝑ ℨ hentes. l. diffinit octo pedibus in porrectū. xv. aūt in anfractuz id est vbi flexū est. vt. ff. de ser. ru. prędi. l. q̄ sella. ℈. j. ꝛ. l. vie latitudo. ꝛ. l. certo. ℈. latitudo. et l. via o stitui. ¶ Aqueductus aūtē est ius aque ducende per fundum alienū siue fistula ducatur aqua siue alio quolibet instrumento fictili non tamen lapide strato. nec etiam fistula que dño prędij reddat aquarium deterius ope manu facto eius cui debetur seruitus ceteruz̄ natura liter ledi potest fundus seruiens vt si imbribus crescit aqua in riuo aut ex agris in eū cōfluat aut aque fons ꝫm riuum vel in eo ipso postea inuētus fuerit. vt. ff. de ser. ru. prędi. l. j. ℈. aqueductus. ꝛ. l. quintus. ꝛ. l. si mihi. ℈. seruitus. ꝛ de aqua plu. arc. l. si pri. ℈. placuit. Q̄d aūt dictū est in aqua: verū est in inuēta. Itē cōcedi pōt vt inueniatur ꝛ inuēta ducatur. Nam ꝛ nondū edificato edificio seruitus cōstitui potest. vt in ꝑdicto ti. l. labeo. ¶ Item potest cōcedi aqueductus[a] vni vel pluribus vel eisdē modis vel diuersis vel ꝑ eundem riuum. vel ꝑ diuersos. vel primo ꝑ eundem ꝛ postea ꝑ diuersos. Et si primo concedatur vni ꝛ postea concedatur pluribus. non tenet secunda cōcessio: si per secundū minozetur cōmoditas primi. vt in prędicto tit. l. ij. ℈. j. ꝛ. hj. ꝛ. l. per que. ꝛ ti. cōmunia prę. l. qui ꝑ certum. et quēad. seruī. amit. l. aquā. ¶ Haustꝰ aque est ius hauriēdi aquā de pnteoᵇ vel fonte vicini ꝛ siue hoc ius exꝑssim concedatur ineſt ꝛ iter ad fontē siue cōcedatur ius adeūdi ad fontē ineſt ꝛ haustus: ꝛ bꝫ quādo tenet concessio haustus. qz facta est in fonte puato. si autē non teneat vt quia facta est in fine publico nec tenet itineris tacita cōcessio que expressim ad flumen publicū fieri potuit. vt. ff. de seruī. ru. prę. l. ij. ℈. vlt. Nam vbi expressum est inualidū necvalet ꝙ tacite ineſt simile. j. si pen. appel. l. si is qui. ꝛ. ff. de do. inter. vi. et vxo. l. si sponsus. ℈. si maritus. ¶ Pecoris ad aquam appulsus est habere ius appellādi pecora agri mei ꝑ prędium vicinum ad fontē vel puteū: potest eīm esse ꝙ ex prędio meo nō possum percipere vtilitatem aliam: nisi ꝙ ibi contineam pecora: vel etiā ꝓcipio ex ea fructus vt segetes cultura pecoꝝ. i. boum. per quos colitur fundus. quos habeo necesse vel potius causa appellare in fundū vicinum. vt dictū est. vel cibi causa vt ibidē pascant sic ꝛ concedi potest mihi ius in ꝑdio vicino. vt in eo liceat mihi calcē coquere ꝛ arenam fodere vt ex his fiāt vasa vel instrumēta vel granaria vel edificia in meo prędio vicino quibꝰ fructus prędij mei reponentur vel exportentur vel quid simile fiat quod ad culturam vel fructuum agri mei percipiēdū necessariū est. Et est bꝫ gñale in oi spāli als ꝑdiali fuitute vt eatenꝰ teneat eaz ostitutio: quatenus expediat prędijs. i. ad fructꝰ eoꝝ ꝓcipiēdos ꝛ iō dicunt ꝑdiales. Naz nec iter vel via vel actus vl aq̄ductus vltra vel aliter cōstitui possunt. ꝙ expediat ad culturā agri mei faciēdam vel fructꝰ ex eo ꝓcipiēdos cui volo acq̄rere seruitutē. Dicunt etiā ꝑdiales. qz sequm̄t ꝑdia q̄ debēt fuitutē q̄cūꝯ eīm possideat illud ꝑdiū ℨueniri pōt ꝑ seruitute. Itē sequm̄t prędia quibus debet seruitus. q̄libet eīm ad quē ꝑuenit prędiū etiā singulari titulo vēdicabit seruitutē nisi exꝑssim dictum esset ℨ riū. vel nisi ex q̄litate ꝑsone id pateat testatoꝛē voluisse ꝑha

a Aqueductus. Addi. Fuit? diuersis. Idem lis ꝫ aq̄ est uisio. et ꝺ uidi Fuit? agri. l. ge. ff. de ser. ru. ꝓ di.

b Pnteo. Addit fuit? haurie de ꝓ teo ni tz liti ꝺ nō ꝺ cte. l. tis. bur. f. cō. ꝑha.

BIU Cujas

alia etiã id indicãt qñqz.vt si mihi reliq̃rit defunctus vsufru. vie vel alterius seruitutis.et probant hec l pdicto ti.l.pecoris.ꝛ.l. ergo.ꝛ.l. veluti.ꝛ.l.via.ff.si fundus.ꝛ ꝺ̃ serui.le.l. pater. ꝛ de vsufru.le.l.j.ꝛ cuz actũ est in ꝟiũ.l.ne trãseant iste seruitutes ad successores dixerunt q̃dam eas esse psonales.ar. eius qꝺ legit.ff.de ali.ꝛ ci.le.l.mela.ff.quidã.Sed puto eam semp pdialẽ esse.qz qlibet successor põt eã vẽdicare licz exceptiõe doli possit repelli ꝑpt̃ pactũ. vt in pdicto ti.de ser.ru.pre.l.si mihi.ff.vlti. ¶Quid si ille cui tales seruitutes concedũtur nullũ habeat predium. Dicunt quidam eẽ tũc psonales suitutes.qꝺ falsum est. vt.ff.e.l. vt pomũ. erit ergo quoꝺdã ius ex stipulatiõe questitũ.vt si stipulat⁹ essem te mihi daturũ de
1 cẽ. ¶Illud añt q̃ritur quare iura pdiorũ vbanorũ assignẽtur in affirmatiua ꝛ negatiua. vt altius tollendi ꝛ nõ tollendi.stillicidium auertendi vel nõ auertendi.ꝛ iura rusticorum assignantur in affirmatiua tñ vt iter.actus.via ꝛ cetere.respõdeo lex nõ dicit seruitutẽ licere altius tollere vel nõ licere auertere.sed dicit esse iura.ſ.cõia q̃ libertates sunt.vt.j.e.altius.ꝛ.ff. de ser.vr.p.l.cũ eo.ꝛ.l.cuius.nisi qñ nocet edificium aree vicini impediendo ventum venire ad aream.vt.j.eo.l.vlti. Hoc tamen verbũ ius in eadem.l.ꝛ in eadem voce supponit pro seruitute. Dictio eñ semel posita duas quãdoqz importat significationes.propriã ꝛ improprią et vtrãqz propriam scõm diuersa.vt notari, potest.ff.de offi.proconsulis.l.ij.ꝛ si cer.pe.l.certi cõditio.ibi ante diem vel conditionẽ nõ potero agere.Ilã in vno nullo mõ agitur in altero agit.ſz repellit exceptione.ꝛ si placuisset legi potuisset dixisse iura rusticoꝝ pdiorum ſsunt eundi et nõ eũdi.agendi vel nõ agẽdi.vel similia.Vel dic acquisita seruitute vbano predio si velit ille q̃debet seruitutẽ sibi querere libertatẽ.nõ vtente eo cui debetur seruitus libertas illa similitudine quadam potest appellari seruitus quia sicut in acq̃renda seruitute necessariũ est factũ vtẽtis seruitute interuenire et bonã fidem ei⁹.ita ꝛ hic necesse est ꝙ qui ꝓscribit libertatẽ vbane seruitutis habeat bonã fidẽ.ſ.ꝙ putet eã se non debere. Item ꝙ patet impedimẽtum volẽti vti seruitute vt edificatum habeat altius vel fenestrã clauserit ex qua immittebatur lumẽ vel obturauerit foramina in qua immittebat tignum.necesse suffi cit illud non vti eũ cui debetur seruitus sed secus est in rustica seruitute qz in ea amittenda tpe satis est ꝙ nõ vtit ille cui debet licet alter nullũ impedimentũ faciat.vt.ff.de serui.vr.ꝓ. l.hic añt.ꝛ est ar.pro hac rñsione ꝙ lex simpliciter vocat q̃ndã vsumfructum eum qui nõ est vere vsusfru.vt in rebus q̃ cõsumunt ꝑ vsum et hoc similitudinis ratione qz amittitur morte ꝛ capit⁹ diminutione sicut ver⁹ vsusfru.vt isti. de vsuf.ff.ꝓstituit.ꝛ.ff.de vsuf.ea.re.q̃ vsu.cõ.l. j.ij.ꝛ.iij. ¶Põt ẽt assignari seruit⁹ altius tollẽ di vt si mihi expediat altius te edificare quia pressura quadã lumẽ est edes meas denoluat vnde ꝛ dicer⁹ facere.ꝫ seruitutem si deponis edificiũ.vt.ꝫ.dictũ est.vel alia quecunq̃ põt assignari vtilitas predij mei qꝺ tu edificas vel
2 non auertis stillicidiũ dom⁹ tue. ¶Constituit añt has seruitutes ille qui dñs est predij vicini:vel si plures fuerint dñi oẽs debent cõsentire imponẽda seruitute suo ꝛ cõi predio.vt.ff.e. l.ij. Si añt vnus cõcedat seruitutem sine alijs nõ tenet eius cõcessio sed ipse qꝺ notabile est non põt vetare eũ cui concessit vti iure concesso.Si vero vnus prio concesserit deinde alter vel alij diuersis tpibus cõcesserint confirmat pria concessio ꝙ secundam vel nouissimã:ꝛ tra huntur prime concessiones vel pria concessio ad tps vltime cõcessionis perinde q̃ sit oĩno cũ vltimus cõcedit ac si oẽs cõcederent. Et ideo si tpe vltime cõcessionis nõ esset possibile concedere primos: vl̃ qz defuncti sunt:vel qz ptes predij alienauerũt pendebit hic vltima concessio donec illi qui successerũt in locũ primorum vel noui socij cõcedãt seruitutẽ.vt.ff.de seruiru pre.l.per fundũ.ꝛ cõia pre.l.vlti. Nomen au
a tem dñi large[a] intelligo:vt cõtineat etiã bone fidei emptorem vel emphiteotã vel superficiariũ:vt.ff.de pi.l.si ab eo.ꝛ de superfi.l.j.ſ.vlti. Sed ꝛ qui nõ est adhuc dñs vel quasi cõstituit seruitutem qz proxime ꝛ cõtinue post impositionẽ seruitutis futurus est dñs:vt ecce emo a sessio. te predium vel ex aliquo titulo accipio.ꝛ in acceptione vel traditione impono ei seruitutẽ ad aliud tuum propriũ predium ꝙ retines:vt.ff.de ser.vr.pre.l.ꝛ qui duas.ꝛ cõ.pre.l.iij.ꝛ.l.si quis duas.j.rñso.ꝛ.ff.e.l.ei fundo.Sed ꝛ dñs imperator aquã ducere per viam publicã sine incõmodo subaudio magno cõcedere põt:vt.ff.e.l. seruitutes.ſ.publico.ꝛ de pre.impe.off.l.quotiens.ſz v ꝙ notabile est si priuatus cõcesserit aquã per rotam tollendã ex flumine vel hauriendam vel si seruitutẽ castello ꝑpositi non tenet quidẽ cessio seruitutis:ſz ille cui concessum est tuendus est iure ꝙ possidet forte ꝫ eñ tñ qui concessit:vt.ff.cõ.pre.l.ij. Est añt castellum receptaculũ aque pu.vt.ff.de aqua quo.ꝛ
3 esti.l.j.ſ.antepe. ¶Illud certum est ꝙ ille qui seruitutẽ hz alij eã concedere non põt nisi hoc esset ei permissum:qz nõ põt esse seruitus seruitutis.Si tñ habeat seruitutez aque ductus et aquã postꝙ est ingressa fundũ meum alij velim cõcedere possum nisi noceat fundo seruienti.vt.ff.de ser.vrb.predi.l.ex meo.ꝛ.ff.de aqua quoti.l.j.ſ.illud.hoc de cõstitutione que imponit seruitutẽ.personal⁹ eñ quilibet qui nõ hz predium se põt obligare pro seruitute ꝓstanda:vt.ff.fa.her.heredes.ſ.an ea. Sic tñ nõ legatur seruitus ei qui nõ est dñs predij.vt.ff. de serui.leg.l.ꝛ si maxime.Fiunt añt concessiones iste dñis predioꝝ vicinorum ꝛ quasi dñis eadem rõne:vt dictum est.vt.ff.e.l.ei qui.Sic ꝛ qui habet ius inferendi in sepulchrum seruitutem vie ad sepulchrum acquirere potest: ſz sepulchro non possit imponere seruitutem:vt ff.si ser.ven.l.j.primo respõso.ꝛ.ſ.j.ꝛ cõ.predi.l.caueri.Si autem plures sunt dñi predij cui

a Large. Vide Jaso.in.l.j. ſ.j.ff. de acq̃.poss.

BIU Cujas

est acquirenda seruitus: necesse est vt oēs dñi acquirant vel eorū cōis seruus. Et si vnus tm̄ acquirat nō tenet eius acquisitio donec alij vl alijs socijs concedatur seruitus ꝛ vltima acquisitione cōfirmatur prīa ꝛ reducitur prīa ad tēpus vltime sicut ꝛ.s. dictū est in imponēda seruitute prędio cōi. Et qđ dictū est de suspensione prime impositiōis vel acquisitionis locū hz si fiat acquisitio vel ipositio inter viuos. Nā si in vltima voluntate vnus socioꝝ prędij cōis legat seruitutē in prędio cōi nō tenet legatū. Sed si oēs socij legarent ꝛ pariter eorū adeatur hereditas tenet legatuz. ¶ Idemq; est ꝛ si vni socioꝝ prędij cōis legaret seruitus. ¶ Nec em̄ tenet legatū nec suspendit donec alijs conceditur: qz non sicut viuentiū: ita ꝛ defunctorū actus suspendi post mortem testatoris vel adtam hereditatē receptū est: vt. ff. cō. prę. l. vlti. et de serui. rusti. prędi. l. si vnus. ꝛ. l. vn⁹. ¶ Porro q dictū est vicinio prędio cōcedi posse seruitutem recipit distinctionē: in rusticis em̄ prędijs exigitur tanta vicinitas: vt nullū sit medium inter fundū seruientē ꝛ eū cui seruitur. vt ff. de serui. rusti. prę. l. qui sella. §. vlt. nisi medium prędiū erat tale quo vti possim libere: et si nō debeat seruitutē puta q erat via publica vel locus publicus: nec p vsum meū nocetur transeuntibus vel meus proprius vel simile. vt. ff. eo. l. seruitutes. §. publico. ꝛ §. vlt. ꝛ de serui. rusti. prę. l. si mihi. §. pe. ꝛ. l. tria. ꝛ cōia prę. l. in tradendis. §. interpositis. Et no. q si seruitus debeaꝫ per pluriū prędia vna tm̄ est seruitus ꝛ nō plures nisi qn̄ locus seruituti destinatus diuidit per longitudinē ꝛ tm̄ spacij super est ab vna quaq; pte vt sufficiat vie vel qn̄ erat cōstituta ita seruitus vt p qualibet partez ire agere liceret. Idēq; liceret subinde mutari. vt ff. de serui. rusti. prę. l. vna ꝛ quēadmodū serui. amit. l. nō satis. §. j. Si vero mediū prędiū iterueniat qđ non seruit ipeditur seruitus nō vt nō sit sed ne ds possit vti ea prohibēte prędij medij dño vt liquet ex predictis legibus. In vbanis aūt seruitutibus[a] nō exigit illa vicinitas hz cōspectus vt vnū alteri possit officere. vt. ff. de ser. vr. prę. l. si edes mee' alti⁹. ꝛ. l. nemo em̄. et si serui. ven. l. loci. §. vlt. ꝛ. l. ꝛ ideo. ꝛ. l. ꝛ si forte. ꝛ cōmu. prę. l. in tradendis. §. interpositis.

a Seruitutibus. Vide cepo. late i tractatu de ser. vr. c. ij. cum sequentibus.

4 ¶ Constituunt aūt seruitutes pactionibus et stipulationib⁹ ꝛ testamentis etiā relinquunt. vt insti. e. §. pe. ꝛ vlt. Voluntate partiū constituuntur nō ab inuitis vt inuitus dicaꝫ qui nō ꝺsentit expressim ꝛ si nō ꝺdicat. vt. ff. de ser. vr. prę. l. inuitū. Notabile tm̄ est qđ dicit lex. in via pu. ruina vel ipetu fluminis amissa vt vicinus proxim⁹ via debeat ꝓstare forte vendendo vel donādo etiā. vt. ff. quēad. ser. amit. l. si locus. §. vlt. ¶ Nō constituunt seruitutes ex tpe vel ad tps qđ sic intellige vt si seruitutē tibi concesserim alternis dieb⁹ vel alijs tpibus alternatis hz illud tps finiaꝫ quo vtereris dictū ē nō tm̄ desinit ipso iure eē seruit⁹ vt ꝛ sic icipiat alterno iterū venīēte tpe durat em̄ oī tpe seruitus et vna ē ꝛ nō plures hz tm̄ q vult vti ea in tpib⁹ exceptis repellit exceptiōe doli. ¶ Itē nō constituuntur sub cōditione extinctiua. i. qua existēte extinguaf seruitus. nā cū quadā perpetuitate voluit lex seruitutes cōstitui ꝓpter vtilitatē prędiorū hoc tm̄ de subtilitate iuris: nam quātū ad effectū aliud est. obstat em̄ exceptio vendicanti seruitutē post euentū cōditionis qua voluerūt ptes seruitutē perire. ¶ Dōt autē cōstitui seruitus sub cōditione. i. vt incipiat demū existēte cōditione sicut in transferendo dñio p traditionē ꝛ possessionē dicit lex. vt. ff. de acquir. pos. l. q absenti. §. si ds. Sic ergo te inducā in possessionē prędij dicēdo cōstituo tibi seruitutē in hoc prędio si titius fiat consul. vel nō constituunt sub cōditione illa si volā sicut ꝛ ponit in mō illo ꝓdiu volā. vt. ff. e. l. iij. §. rūso. ꝛ. §. vlt. ꝛ. l. v. §. vlti. ¶ Itē constituunt seruitutes p consuetudinem tpis cuius nō extat memoria nec cōstituuntur decēnio. vel. xx. vel xxx. vel. xl. annis nisi seruitus sit talis q̄ habeat vel videaf habere continuā cām vt est seruitus tigni imittendi, altius nō tollēdi. ¶ Aqueductus cū aqua ducit sine intermissione ꝛ ob hoc speciale[b] posuit in rubrica de aqua. Idēq; est in seruitute stillicidij. Nā ꝛ si sine intermissione nō cassitet stillicidium ex naturali tm̄ fit cā cum aquā capiat ex celo nō opere vel ductu manufacto ab hoīe ꝛ ideo perpetuo fieri existimatur. vt. ff. de ser. vr. prę. l. §z si inter. ꝛ. l. fossamen. ꝛ. j. e. l. ij. ꝛ. ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. ante pe. ꝛ. ff. e. l. seruitutes. In his ergo casibus acquiruntur predicte seruitutes decēnio interpītes vicennio inter absentes extīc computando cum aliquis cepit vti seruitute. i. ꝓdio iure seruituti⁹ nō vi non clam nō precario. vt ff. quemad. ser. amit. l. seruitute. forte nō exigitur titulus hz sufficiet bona fides. In his autē seruitutibus q̄ hīt intermissionē: licet nō acquiratur seruitus bonafide longo tpe vt dictū est. si tm̄ aliquis ex aliquo ti. precedēti dicat sibi seruitutē constitutā nec id possit probare p testes vel instrumēta ꝛ in adminiculū sue intētionis inducit coniecturā qz vsus est seruitute prędij dño sciente ꝛ nō ꝺdicente p. x. vel. xx. an. presumit debita seruitus ex ea cā q̄ pretenditur precessisse. vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. vlt. et de vsu. l. cū de in rem verso. ¶ Constituuntur seruitutes oēs per traditionē non verā qz incorporalia nō recipiunt traditionē. vt. ff. de acquir. re. do. l. seruus. §. incorporales. sed quasi traditione q̄ fit per patientiā dñi ipso me inducente in possessionē vnde ꝛ cauet q me non impediat vtentē. vt. ff. de ser. vr. prę. l. j. §. vlt. ꝛ de act. emp. l. rō. §. itē. ꝛ. ff. e. l. quotiēs via. Amplius constituunt simpliciter seruitutes ī prędio: et tunc totum prędiū affectū est seruitute vt in infinito p quamlibet eius partē nisi a dño prędij certus locus seruituti designaretur per alterā partē ire agere liceat ciuili tm̄ mō. nam quedam in sermone tacite excipiunt. nec em̄ per villam ipsam nec p medias vineas ire agere finendus est cū idem eque cōmode p alteram partē facere possit minori detrimento

b Speciale. De Jobi. de aqua. plu. arce.

BIU Cujas

fundi seruientis ⁊ si viam semel direxerit per
vnā partē fundi amplius nō habebit ptātem
mutandi. Si vero expressim concedat seruitus
in predio vt p quālibet partem eius liceat ire
agere nihil prohibet eū mutare ⁊ variare par
tem electā. vt. ff. e. l. si cui. ⁊ de seru. ru. prę. l. si
via. ⁊ quēad. ser. amit. l. nā satis. §. sed si is fun
dum. Itē constituunt seruitutes oēs ad partē
predij diuisam nō ad indiuisam cōstituta tñ in
toto predio si nanciscat eius dñium pro pte in
diuisa pro ea extinguet seruitus. ⁊ pro alia re
manebit. Si vero nō eēt cōstituta in toto pre
dio. §z promissa extingueret seruitus in totuz
me nacto dñium pdij pro parte nā multa ipe
diunt aliqd faciendū que nō soluunt iā factū.
vt. ff. e. l. ad certā. ⁊. l. vt pomū. §. j. ⁊. l. pro par
te. ⁊ de his q sui vel ali. iur. sunt. l. patre. ¶ Itē
non pōt constitui ps seruitutis. vt quis teneat
ad partē eius. q; oēs seruitutes indiuise sunt
preter vsufr. vnde ⁊ si promissor vel stipulator
seruitutis decesserit quilibet heres promisso
ris tenet insolidū ⁊ quilibet heres stipulato
ris agit insolidū. vt. ff. e. l. pro parte. §. pro par
te. ⁊. l. vic. ⁊ fa. herc. l. heredes. §. an ea. ⁊ de ver.
ob. l. ij. ⁊ ad. l. falcid. l. j. §. item si. ¶ Item consti
a tuuntur seruitutes vt patiaris[a] me vti serui
tute per fundū tuū nō constituunt vt tu aliqd
non facias in eo. puta ne eas p fundum tuū. ne
ibi consistas ne eo fruaris. Secus si cōcederes
mihi ius tibi nō esse in fundo tuo aquā quere
minuendę aque mee gra. §z ⁊ nō constituunt vt
tu aliqd facias ī tuo. puta viridaria tollas. ame
nioze prospectū prestes vel in tuo pingas. eo
saluo q in seruitute oneris ferendi dicitur. vt
is debeat substituere parietē vel columnā qui
oz seruitutē oneris ferendi in pariete vel colū
na sua. vt. ff. e. l. quotiēs. pro rīsio. ⁊. §. j. de ser.
vr. prę. l. eum debere. ⁊ si ser. ven. l. sicuti. §. j.
1 et. §. distant. ¶ Amittuntur aūt seruitutes om
nes p confusionē vt ecce si predium tuū seruiat
mihi ⁊ eius dñium sim nactus insolidū. vel
tu insolidū nactus es dñium mei extinguitur
seruitus. Secus si cōicarem tibi meū pro pte.
vel tu cōicares mihi tuū pro parte. vel ego ti
bi cōicarem meū pro pte. ⁊ tu mihi tuū vel si
mul vel diuersis tpibus cōicares nō extinguetur seruitus. silr non extinguit seruitus ⁊ si
debeatur p plurīū predia. ⁊ ego vnū eoz rede
mi. vt. ff. quemad. ser. amit. l. si cū. Item extin
guitur seruitus vbi alien⁹ fundus seruit meo
et redemimus in cōe fundū vel non redemim⁹
in cōe fundum. sed ego cōico tibi meū. Si vero
redemimus pro fundo seruientē ⁊ postea tibi
meum cōicaui. vel tibi pro meo cōicaui ⁊ post
ea redemimus in cōe fundū seruientem extin
guitur seruitus. Sed si mihi ponas q fundus
alien⁹ puta meus debeat seruitutē fundo alie
no puta titij. si quidem nos duo redimeremus
vnum tñ nō extingueret seruitus: §z si redima
mus vtrūq; vel simul vel diuersis tpibus extin
guitur seruitus. Et ita diligēter pz qd obtine
at siue tuus fundus meo siue nō tuus sed alie
nus meo siue alienus alieno oz seruitutem. vt
probatur. ff. de seru. vr. prę. l. si qs edes. pro rīn
so. §. j. ⁊ de ser. ru. prę. l. si cōi. ⁊. l. vnus. ⁊. ff. e. l.
vt pomū. §. j. Et colligi pōt ex predictis q vni
us fundi vel vtriusq; cōicatio mutuq; extinguit
seruitutē. Unius aūt redemptio ⁊ alterius cōi
catio seruitutē extinguit ⁊ idē econuerso. Itē
extinguit seruitutē vtriusq; fundi redemptio.
¶ Item amittunt seruitutes nō vtendo. §. x. an
nis inter psentes ⁊. xx. inter absentes si cōsti
tuta sit seruitus que nō hz interualla tempoꝝ
vel habeat interualla dierū tm vel noctiū tm
vel breuioris spacij. Si aūt hz interualla anno
rum vel mensiū amittit duplicato tpe. §. xx. an
nis inter psentes ⁊. xl. inter absentes: vel vt di
ctum ait amittit inter psentes ⁊ absentes. vt
ff. quēadmo. serui. amit. l. si sic. ⁊. j. e. l. vlt. Nec
distinguit an ille cui debet via scierit vl nescie
rit viam sibi debitā an non. vt. ff. quemad. ser.
amit. l. si partē. §. si partē. Unde pz q amittunt
etiā si nō possit iputari alicui negligētia lz fo
rte de equitate posset subueniri p beneficiū in
integ. restitutionis. vt. ff. de seru. ru. pred. l. at
2 tilicinus. Itē hec in rusticis seruitutibus. In
vrbanis autem non sufficit me nō vti sed opoz
tet te prestare seruituti impedimentum. vt. §.
3 dictum est. Uti autem videtur aliquis seruitute qui vtitur ea ita vt fuerit constituta et si
nō in totum eodē tm genere. vt. ff. quēad. serui.
amit. l. stillicidij. §. vlti. ⁊. l. si in partē. ⁊. l. si cō
munem. §. si is. ⁊. l. is cui. ⁊. l. siquis aqua. ⁊. l. ij.
et quibus mo. vsuf. amit. l. is qui. Itē videtur
dñs vti ⁊ si alius vtatur nolē eius. imo ⁊ si non
vtatur alius eius nolē vt quia ille socius ē fun
di vel fructuarius ciusdē vel bona vel mala fi
de possidet predictū cui debet seruitus ⁊ vtitur
seruitute fundo debita. vt. ff. e. l. v. ⁊. vj. in prin.
et. l. vsu. ⁊ in legibus sequentib⁹. Quod aūt di
xi in socijs verū est antequ diuidant. nā facta di
uisione pdij cui seruitus debebat illa que erat
vna seruitus incipit eē due ⁊ quilibet dñoruz
sibi retinet vel amittit seruitutē. vt. ff. quēad.
ser. amit. l. nā satis. §. j. Si aūt diuidatur fun
dus qui seruit aut certus locus designat⁹ erat
seruituti aut erat imposita vt p quālibet eius
partē vtar. In prio casu facta diuisiōe loci vie
si diuidatur p latitudinē est vna via in prius ⁊
nō vtendo non pōt amitti pro pte vt prius pa
cto tñ vnum predium liberari pōt si diuidatur p
longitudinē due sunt vie nisi angustia loci ipe
diat ⁊ tūc erit vna. vt. §. sed vbi sunt due pacto
vel redemptiōe vnius predij seruit⁹ extingui
tur. In secdo due seruitutes sunt ⁊ vnā amittat
altera pōt retineri. Et est hoc ad cōmoduz ser
uitutis predij pro eo incōmodo q mō due ser
uitutes sunt. Nā ante diuisionē retinebat ī to
tum ⁊ si vterer in pte ⁊ lz locū seruientē muta
rem sic dictū in diuisione iponenda seruitute
vel nō: secus si simpliciter cōstituta eēt in pre
dio. vt. ff. de seru. si cui. ⁊. ff. quemadmodū ser.
amit. l. nā satis. §. j. sed ⁊ qñq; propter priuile
gium rei non amittit seruitus nō vtendo vt si
iter sepulchro debitū est vt in predicto ti. l. iter
sepulchro. §z ⁊ priuilegium socij vt q; pupillus

BIU Cujas

est operaē in retinenda seruitute. vt in ꝓdicto ti. l. si cōem. Amittūtur seruitutes pmissione vt si debes seruitutē altius nō tollendi ⁊ pmiserat tibi altius edificare: vel si debeas seruitutem stillicidij īmittendi in aream tuā ⁊ pmiserat tibi in ea edificare: vel si debes mihi seruitutem p fundū tuū ⁊ permisero tibi in loco seruiente edificare vel aliqd facere si tñ dom⁹ tua debeat mihi seruitutes istas duas. s. altiꝰ nō tollendi ⁊ stillicidij recipiendi vna istarum seruitutū remissa nō ideo remittit altera. Ꝯ quoꝝ aūt de remissione nō de precaria cōcessione. nā illa nō amitti ſz retineri facit seruitutē. Et probant hec. ff. de ser. vr. pre. l. si domus. ⁊. l. si edes mee. j. rñso. ⁊ quemad. ser. amit. l. si stillicidij. ⁊ cōia pre. l. si precario. morte tñ vel capitis diminutiōe nō amittunt iste prediales seruitutes. vt. ff. quemad. ser. amit. l. iure.

¶ De lege aquilia. 43



Dictuz est supra de rei ven. ⁊ de vsuf. Sz qz in rei vendicatiōe ⁊ in restituenda re vsuf. nocte data ⁊ in actione fa. her. ⁊ cōi di. de quibus dicetur. habeē rō damni vt diximus. ē. de rei ven. ⁊ de vsuf. et patebit ex sequētib⁹ rubricis. ideo apponit de. l. aquilia. ¶ Videndū ergo vnde dicatur aq̄lia. Et qñ locū habeat actio legis aquilie. Quibus detur. ⁊ ꝯ quos. ⁊ inquantū. ⁊ qualis sit. ¶ Dicitur aūt aquilia ab Aquilio auctore. Aquilius eñ cum tribunus plebis esset: et plebs in discordiā cū patribus peruenisset: et in auentinū montē transtulisset se. legē plebe rogata tradidit. q̄ etiam a patribus facta concordia vice cuiuslibet legis est habita. vt. ff. e. l. j. ⁊ de orig. iur. l. ij. ſ. deinde cum esset. ¶ Ꝓponitur aūt ꝓpter damnū actio legis aquilie vel damni datī. ¶ Et dicit damnū [a] a ꝺemo vel a diminutiōe patrimonij. vt. ff. de dā. infe. l. iij. Nā quodcunq̄ dixeris si errabis ⁊ locū hz cum damnū culpa datū est. Si ergo damnū nullo mō sit datū. vt qz res nō est inde facta deterior. vt etiā facta est inde melior. cessat aquilia. vt ecce oliuam meā maturā decerpisti. vel segetem desecuisti maturā. vel vineas maturas nō proficiendo eas in terrā. vel salicium maturuz vel seruum meū qui erat puer castrasti. ⁊ ꝑciosiorem eū fecisti. cessat aquilia. Nulla eñ est iniuria cū tibi impensas donauerit. i. donasse fingatur a lege q̄ in collectione huiusmodi fructuum vel similibus ipenduntur. alio tñ iure posset cōuenīri qui hoc fecit. s. si collecta interceperit teneret etiā furti ⁊ ꝓ seruo castrato iniuriarū erit agendū. autē edicto edilīū. aut ex. l. xij. tab. in quadruplū. Si aūt predicta immatura essent collecta locū hz aquilia. vt. ff. e. l. si seruus seruū. ſ. rupisse. ⁊. ſ. videamus. ⁊. ſ. si salictū. ⁊ de edil. edi. l. ediles aiunt. ſ. sed eñ. Item opz damnū datū eē facto interueniente vsq̄ adeo. vt ⁊ si quis fuerit fructuari⁹ ⁊ rinos patiat corrumpi. vel vites nō proscindit nō tenetur aquilia. vt. ff. de vsufr. l. si cuius. ſ. deinq̄. Nec ob. qđ legitur. ff. e. si seruus seruū. ſ. si fornicarius. qz qđ dixi locum hz cum sine facto hoīs ex ipsa corruptiōe rei damnū prouenit. Secus si ꝓpter negligentiā hoīs ignis extrinsecus proueniat nō ex ipsis rebus in quib⁹ dā num datur. tūc eñ agitur aquilia. sicut ⁊ cū negligentia plaustrarij lapides male cōpositi in plaustro ceciderunt ⁊ aliquid diruperunt vel
6 fregerūt. vt. ff. e. l. si ser. ſ. si ex plaustro. Culpā aūt oīno necesse ē īterueníre. alioquin nō agetur aquilia. [b] Et ideo neq̄ furiosi neq̄ infantes b tenent aquilia cū nō habeāt animi iudiciū. Secus in eo qui nō est infans ſz sit impubes qz ille ⁊ furtū ⁊ iniuriā pōt cōmittere. vt. ff. e. l. sed et. ſ. iniuriā. Itē non pōt dici vt ille teneat de culpa qui ad sui defensionē ⁊ incontinenti ⁊ eo dem modo aliquid fecit. vt si cū armis vim mihi inferas. ⁊ ego tibi resistam armis. alioquin ē. vt. ff. e. l. scientiā. ſ. qui cū alr. Et hac rōne ſz mihi interficere furem nocte deprehensuz si ei sine periculo mei. vt ōz in tabernario reposcente lucernā. vel mearū rerū parcere nō potui vt tñ idipz cū clamore testificer. Interdū aūt furē deprehensum ita demū posſuz occidere si se telo defendat. vt tñ eque testificer cum clamore. ¶ Idēq̄ est ⁊ si quēcunq̄ aliū nō furē ferro me petentē ſz nondū percutientē occidam. sufficit eñ terror armoū vt mihi permittat defensio si tñ eū potui apprehendere malui occidere teneor. vt. ff. e. l. iiij. ſ. j. ⁊. l. v. ⁊. l. si ex plagis. ſ. taberna rius. Sed ⁊ magistratus nō teneē de culpa qui aduersus resistentē aliquid violentius fecit. Sed si sine cā damnū dare teneē. vt. ff. e. l. quēadmodū. ſ. magistratus. Itē ⁊ excusat a culpa qui alterius īpulsu vel violentia vento rum dederit damnū. vt. ff. e. l. quēadmodū. ſ. si nauis. ⁊. l. si ex plagis. ſ. in cliuo. Illud aūt sōlī non excusat a culpa qđ dicat se ignorasse si potest ei īputari qđ debuit scire vel aliquid aliud seruare. vt ecce ſz mihi ferire percutientē me ⁊ cum ego vellem eū percutere aliuz percussi. vt ff. e. l. v. ſ. j. ⁊ l. scientiā. ſ. pe. Et est hic accipiēda culpa etiā leuissima. vt. ff. e l. in lege. hic regulariter. Nā qñq̄ non agit de culpa qz culpa vnius cōpensatur cū culpa alterius at vbi ex p te vnius dolus ⁊ ex parte alterius culpa ē ꝓponderat dolus culpe. Et ideo in casib⁹ solus dolus venit in aquilia. qđ est ideo qz culpa ex parte damnū passi. vt ecce cū plures iacularentur in capo seruus p cāpū trāsiens est peussus nō teneē ille q̄ percussit qz nō debuit seruus in tempestiue p campū iaculatoꝝ iter facere/qui tñ data opera in eū iaculatus est teneē. nā ludus quoq̄ noxius est in culpa. Itez ⁊ si cū pilla plures luderēt in loco vbi ex cōsuetudine ludebatur q̄s se cōmiserit tonsori ⁊ pilla vehementer percussa ⁊ in manus tonsoris deiecta gula sit ꝑcisa adiecto rasorio non teneē tonsor forte nec deiector vel peussor nisi fecerit data opa qz pōt īputari ei q̄ in periculoso loco tonsori hñti sellā se cōmiserit. vt. ff. e. l. itē si obstetrix. ſ. vlt. ⁊. l. itē mela. ⁊. l. si ex plagis. ſ. vlti. Sed ⁊ q̄ putat arborē sup eū locū p quē publi-

a Damnuz. Lex aq̄lia dānum definerat ex quo ipsa oriaē qđ verum in faciendo nō īomittendo. vide bar. ī l. eleganter. ſ. si quadrupes. ff. de dolo.

BIU Cujas

ce vel priuatim nō est iter nō tenetur nisi data opa īmittat ramū in trāseuntē. Si aūt p illū locū esset iter tenet putator nisi ꝓclamauerit vt casus possit euitari. Idē ꝙ dr & distinguitur in hi s q faciūt foueas cā cerno2 capiēdoꝝ. vt. ff. eo. l. si putator. & l. qui foueas. ¶ Hec aūt culpa ꝙ precedit factū sicut in multis exemplis declarari pōt. vt in eo qui fecit foueā in eo loco per quē publice est iter & in mulione q per imperitiā vel infirmitatē impetū mule vel eq retinere nō potuit & in eo qui male composuit lapides in plaustro & in eo qui stipulā suaz vel spinam cā incendēde eius ignem īmisit & ignis vlterius euagat & ꝓgressus alienā segetē vel vineam leserit: si em id eius imperitia vel negligentia acciderit. vt q2 fecit die vētoso vl nō obseruauit ne ignis lōgius ꝓcederet tenetur. nā qui occasionē dāni dat dānū dedisse videt. vt. ff. ad. l. co2. de sic. l. nihil. Ät si oia que opoꝛtuit seruauit nō tenebit. vt. ff. eo. l. q occidit. ſ. in hac. & l. qui foueas. & l. idē iur. ſ. mulionē. & l. si seruus fuum. ſ. si ex plaustro. Quicūq culpa sequitur factū vt in medico qui bñ secuit & postea dereliquit curationem qñq inest facto culpa vt si medicus imperite secat vel curat. vt ff. e. l. qua actione. ſ. vlt. & l. idē iuris. Culpam semper intelligo sic. vt etiam dolus noīe culpe contineatur. vt aperte innuit. ff. e. l. v. ſ. iniuriam. & ꝓbatur. ff. de mino. si ex cā. ſ. si mulier. Nam ibi mulieri denegatur restitutio q2 culpa diuertit a marito. i. dolo. Naz si sine dolo id delictum esset restitueret. vt in eadē. l. ſ. nūc ergo. quicquid fit dolo fit culpa sed non ecōuerso contra me tamē facit quod dicitur quādoq in l. si culpa. vel dolo quid factū est. vt. j. de admi. tu. l. si tutores. sed certe significatio verbi quādoq restringitur ex adiūctis vel speciebus superpositis. ¶ Cōpetit aūt actio. l. aquilie directa hero id est domino rei in qua damnum datum est & ei qui in locum eius successit vniuersitatis titu. & dñi appellatione etiam heredi tas continetur. vt. ff. e. l. item mela. ſ. legis. & l. ob id. & l. liber homo. ſ. si seruus. Utilis ꝙ data tur his qui nō sunt domini puta fructuario bonefidei possessori qui habet titulum. quid si nō habet titulū videtur ꝙ nō agat. vt. ff. de relig. l. ſ. j. & de seruo co2. l. j. ſ. j. Qui autez habet titulum aget actione vtili aquilie. vel in factuz ratione operaz. vt. ff. e. l. si dominus. & de edil. edic. l. iustissime. ſ. vlti. ¶ Item competit vtilis actio creditori cui res est pignorata in qua datur damnum. Nam licet lex dicat de actione in factum. Idem tamen intelligo de actione vtili. l. aquilie. nam vbicunq vna competit & si altera competat non reputo absurdum cum vtraq detur ex equitate. ¶ Agit tamen creditor lege aquilia ita demū si debitor non sit solūēdo. vl si ꝓsonalē actionē amisit tpe. & ꝓbant hec. ff. e. l. itē mela. ſ. vl. & añpe. & l. qui occidit. ſ. pignori. Si ꝙ dar dānū in re mihi debita vl ꝓmissa sz non pignorata puta vulnerando nec aliqđ ꝓpetit mihi ius in re. dar actio. l. aquilie debitori. sed ipe cedit eam mihi creditori. vt. ff. eo. l. huic scripture. Si aūt alal mihi ꝓmissum occiditur. siquidē occidat a debitore ppetuat actionē cōtra se & ꝓtra fideiussores: & cōtra patrem q teneat ex ꝓsona sui filij. vt. ff. de vb. obl. l. si ex legati. & l. si seruꝰ stipulatꝰ. ſ. de illo. & ſ. nunc. & ſ. an filius. Si aūt occidat a fideiussore siquidē post moꝛā rei & suam. vel post moꝛā rei tm tenet ꝓma actiōe & directa. Si ꝙ occidat post moꝛam suam tm tenet ꝓma actione sed vtili. Si vero occidat ante moꝛam suam et rei principalis tenetur de dolo. l. si fideiussoꝛ. & de vsur. l. moꝛa. ſ. vlti. Si aūt occidat a stipulatore anteq debitoꝛ sit in moꝛa liberat quidē debitoꝛ ab eo. & eidez tenetur creditoꝛi. l. aquilie. Si aūt debitoꝛ iam erat in moꝛa liberat quidem debitoꝛ. ſz nō agit aquilia. vt. ff. eo. l. legis aquilie. Si aūt occidat ab extraneo liberatur quidē debitoꝛ. ſz creditoꝛ agit de dolo. vt. ff. de dolo. l. arbitrio. ſ. vlti. Sed visum est. ℟. ꝙ siue occisoꝛ creditoꝛi voluerit nocere siue non detur actio. l. aquil. debitoꝛi: sed eam cedat creditoꝛi. vt quod dicitur creditori dari de dolo sic exponatur. i. ꝓpter dolum actio. l. aquilie cessat. Sed & datur vtilis liberato homini vulnerato non directa. q2 dñs membꝛoꝝ suoꝛum nemo est. vt. ff. eo. l. liber homo. Ät tunc agetur rōne operaꝝ amissaꝝ quas quisq amissurus esset inutilis factus & impensaꝝ in curatione factarum non aūt cōformitatis. vt. ff. si qua. paupe. fe. di. l. ex hac. Sed si liber homo occidat nunqđ habet locum actio. l. aquilie. Ät certe si occidatur in publico certamine cessat actio. q2 causa glorie & virtutis non iniurie gra videt damnū datum. Si aūt in priuato certamine occidatur redundat in eum crimen q causam malorū ꝓbuit. vt. j. ad. l. iul. de vi pu. l. qñ. et. ff. eo. l. qua actione. ſ. si quis. ¶ Sic ergo tenebit. l. aquilia qui occidit liberum hoīem: licet dñs Bul. dixerit cōtrariū: et est argu. ꝓ eo. j. de edil. edic. l. hi enim. ſ. deinde. & l. ff. e. l. huic scripture. ſ. vlt. Sed certe heres liberi hois non agit. l. aquilia quia absurdum est vt sui testatoris consequatur estimationez. vt. ff. eo. l. nam sicut. ſ. si dñs seruū. Ät est hoc notabile. quia in hoc casu non datur actio. l. aquilie heredi. ipsi autem defuncto daretur legi autē de edil. edi. Respondetur quia ibi non erat damnū datum a libero hoīe sed a fera bestia licet liberi hois incuria interueniat. Et ideo non potest ager e lege aquilia. Hoc autē quod dixi de publico certamine non habet locū nisi in liberis personis siue sint patresfa. siue filiisfa. Jn seruis autē non procedit ꝙ ingenui solent certare. si tamen aliquis liberum hominē cedentē pugne vulnerauit tenebitur aquilia vel si vulnerauit seruum non in publico certamine. nam ad illud non consueuit recipi tenebitur aquilia nisi dño cōmittēte causam aggressionis occidatur vel vulneratur seruus. vt. ſ. dixi de eo qui causam malorum prebuit. Cōmodatario autem neq directam neq vtilem puto competere. vt. ff. eo. l. item mela. ſ. eum. Ät secus dico in actiōe que ꝓ pauperie competit. vt. ff. si qua. pau. fe. dica. l. ij. licet

BIU Cujas

quidã cõtradicãt. Et qõ dicit. l. non cõpetere aquil. actio. intelligitur de directa. Dicitur et alio modo directe et vtiles actiones cõpetere. Naz si damnũ detur a corpore in corpus datur directa: vtputa seruum tuum strangulaui. Si vero detur a non corpore in non corpus datur actio in factum: vt si mia motus seruum tuum compeditũ solui cõstat em̃ qz corpus non est lesum. Itẽ non possum dici in eo corpore damnũ dedisse qz licet soluerim ipsa tñ solutione non es damno affect⁹ sed magis ꝓpter sequentẽ fugam serui. Sed z in hoc casu si dicaf vtilis aquilie cõpetere non reprobo. Si vero datur a corpore in nõ corpus competit vtilis actio legis aquilie vtputa anulũ tuum de manibus tuis excussi vt caderet in mari vel tibi eripui aio dã di damnũ vt in mare proiscer̃e tunc quidẽ ipsa proiectione mea damnũ tibi datum est nec tñ corpus lesum est. Idẽ est z si detur a nõ corpore in corpus puta si panno rubeo fugaui armẽtum fugerunt boues vel pecora z precipitata sunt: teneor em̃ vtili actiõe qz ꝙ occasionẽ damni dat damnũ dare videf. nec ergo corpore meo damnũ dedi vtpote cũ ipsa fuga nõ sis damno affectus. Et hec distinctio repitur insti. c. §. ceterum. vsq; in fi. §. Ut ergo directa actio locum habeat opz ꝙ a corpe in corp⁹ sit damnũ datum et ꝙ dñs sit qui vult eam intẽdere. Aliter enim sibi non cõpetit directa. Dantur aũt iste actiones in eum qui damnũ dedit. vt. j. eo. l. ij. Item in eum ꝙ tulit opem. nam si alius tenuit alius interemit ꝙ tenuit quasi causam mortis prebuit z ideo tenef actione in factũ. sed z is ꝙ canem irritauit z effecit vt aliquẽ morderet si ꝙdem canẽ tenuit tenef aquil. qz suo corpore videtur damnũ dedisse. si canẽ non tenuit cõuenietur actiõe in factũ. vt. ff. eo. l. item mela. §. si alius. z §. itẽ cum eo. ¶ Itẽ quid si plures fuerunt ꝙ percusserũt[a] vel damnũ dederũt sequidem apparet cuius ictu perierit ille tenef quasi occiderit. Ceterivero tenentur de vulnerato nam ictus vniuscuiusq; in hoc collectoꝝ cõtemplari opz vt ff. ad. l. cor. de sic. l. vlt. Si aũt non appareat cuius ictu perierit oẽs quasi occiderint tenẽtur ne impunita sit malitia ab eis admissa. Et si cum vno agatur ceteri nõ liberãtur in eo qõ noie pene solutũ est ex. l. aquilia. Nã in eo qõ ali⁹ pstiterat aliũ nõ releuat cũ sit pena. Si vero noie rei ꝺd alvno prestef ceteri liberãtur cũ hoc repiã in cõdi. fur. vt. j. de cõdi. fur. l. j. qõ delictũ grauẽ est isto. vt. ff. e. l. illud. ¶ Est autẽ pena vnum simplũ rõne inficiatiõis z in eo obtinet qõ dictũ est. Iz z pena põt esse in repetitione. xxx. dierũ vel anni. z hec pena tollit ꝓpter rei persecutionẽ prestitã. vt. ff. de act. z obli. l. ꝙ seruum. §. vlt. Multomagis ergo cessabit hec pena cõtra vnũ si ab alio z damnũ restitutũ et repetitionis sit habita ratio. Ubi autẽ plures non in hoc colligũtur vt percutiãt sed vnus hodie vulnerauit seruũ meũ. Alius autẽ alio tpe tenetur vterq; de vulnerato si neutri⁹ vulnus erat mortale licet negligẽtia dñi mors inde sequatur. Si aũt vtriusq; vulnus erat mortale z certum erat eum morituꝝ ex primo vulnere vterq; tenetur de occiso. Naz z posteri⁹ vulnus mortale esse declarat euẽtus. Estimatio autẽ perẽpti non eadẽ in vtriusq; persona fiet. nam qui prior vulnerauit tm̃ prestabit ꝙtum anno proximo homo plurimi fuerit repetitis ex die vulneris. cccxlv. diebꝫ amplius etiã vtputo pro vj. horis que quater in quatuor annis accepte bisextilẽ diem faciunt vel inducũt vt dicũt cõpotiste. posterior in id tenebitur quanti homo venire plurimi potuerit in anno proximo quo vita excessit in quo precium quoq; hereditatis erit si post primũ vulnus seruus ab aliquo fuerit institut⁹ heres cuius hereditatis nõ habef ratio in persona primi occisoris. qz actio legis aquilie presens z preteritũ respicit tẽpus non futurum eiusdẽ ergo serui occisi noie alius minorem alius maiorẽ estimationẽ prestabit. nec mirum cum vterq; eorum ex diuersa causa z diuersis tẽporib⁹ occidisse hoiem intelligaf nec enim solus is occidit ꝙ cõfestim vita priuat sed etiam is ex cuius vulnere certũ est aliquẽ vitã excessurũ. Et si quis absurde a lege hic constituí putauerit cogitet lõge absurdius esse neutrum aquilia teneri aut alterũ poti⁹ cum non oporteat maleficia impunita relinqui. z qõ dixi in seruo a pluribꝫ vulnerato mortaliter vel nõ mortaliter diuersis horis z in vno hoie vulnerante seruaf. vt. ff. eo. l. item mela. §. celsus. z. l. huic. §. si seruus. z. l. ait lex quãti. et. l. qui occidit. §. vlt. z. l. illud. §. vl. z. l. ita vulneratus. z. l. 6 si ex plagis. j. respõso. ¶ Itẽ tenetur lege aquilia qui iussit damnũ dari z excusatur ille ꝙ paruit iubẽti. Si modo is ꝙ iussit habuit ius imperandi vt si seruꝰ dño filius patri in nõ atrocioribus paruit. Nam nec filius ex ea causa cõuenietur nec seruus liber factus tenebif ꝯuis alias noxa caꝑ. sequaf. Si aũt non habuit ius imperãdi tenebif ille ꝙ fecit et nihilomin⁹ ille qui iussit. ꝓbantur autẽ ista. ff. eo. l. liber hõ si iussu. z de reg. iur. l. ad ea. z de iurijs. l. nõ solũ. §. procul. z de aqua plu. ar. l. si colon⁹. in fi. z insti. de noxa. §. ois. ¶ Itẽ si seruꝰ damnũ dederit noxalis actio erit pro damno dato cõtra dñm serui si ipse eum possideat. Si aũt possideatur ab alio bonaf̃ mala fide tenebif possessor. vbi autẽ seruus cõis meus z tuus dat alteri damnum vterq; nostrũ tenetur noxali insolidũ. Si autem dat mihi damnũ te iubẽte tu mihi teneris ex tua persona. l. aq̃lia. Si vero nõ fecit voluntate tua cessat actio noxalis vel ne sit in potestate seruivt vni seruiat. vel qz qui tenef alijs noxalis ea agere non põt. ¶ Datur autẽ actio mihi cõi diuidũdo cõ socio. vt aut mihi adiudicetur seruus aut litis estimatio in simplũ offeratur. Et sic tenebif etiã ille cui soci⁹ meus vẽdit partẽ suaz. vt quodãmõ noxalis actio capsequaf hoc tñ nõ vsq; eo ꝓducendũ erit. vt etiã cum seruo libero facto agaz. Nam nec agere si meus ꝓprius fuisset. ¶ Item non agam seruo mortuo nisi quid ex re furtiua ad socium peruenerit. vt. ff. eo. l. si seruus seruũ. §. j. z. §. serui autẽ. z de noxa. si seruus cõis. z. l. antepe. et fa-

a Percusserũt. Vide late per. d. flozia. i. l si ex plagijs. l. §. taberna ri⁹. ff. ad l. aquil.

BIU Cujas

mil.herc.l.t puto.ff.vlt.t de furt.l.si seruꝰ cōis.
1 ¶Itē tenetur.l.aq̄. qui ꝓfessus est se dānū dedisse t si vere nō dederit si tñ dederit alius. nā actio q̄ cōpetit in dānū dantē trāsfert in ꝓfitētem ꝓfessione sua.vbi aūt nemo dederat nō tenetur ꝓfitens q̄si iuri ℈cia vel impossibilia sit ꝓfessus.vt ecce hoīem viuū ꝓfessus est se occidisse hoīem mortuū morte sua ꝓfessus est se occidisse vel hoīem nō vulneratum se vulnerasse estimationē cuius vulneris vel ad quod tps referemus certe ad nullū.Si ergo ꝓfessus est te occidisse seruū meū quem alius occidit tenerꝫ q: occisum esse hoīem a quocūq; opz.Et satis est ꝙ aī cōfessionē tuā necesse habeaz probare te occidisse si negares nūc aūt cōfessoria actio tua.i.actus tuus cōfessionalis vel confessio remittit mihi hoc.ff.vt nō cogar ,pbare te occidisse cogar tamē ,pbare occisum esse a quocūq; t verū est q̄n ,pbasti hoīem viuum esse.Alioquin
a nullo mōa ,pbare cogor.vt.ff.e.l.inde neratius. ff.vl. t l.hic apertius t ,pinde.t de inter.actio. l.confes.t.l.si is.t ita actio ponit ,p actu.vt in autē.illa.ē.de sacrosā.ec.hoc ius.t.ff.de dona. inter vi.t vxo.l.iij.ff.vl.Aliter accipit actio cōfessoria vt in seruitute.vt diximus.ē. de vsuf. vel vt dici pōt actio confessoria actio legis aq̄lie q̄ datur in confitentē ex cōfessione sua illa eñ remittitur actori.i.cōfitenti t agenti nunc t ,pbanti hoīem viuum esse t sic ille q̄ agit aq̄lia necesse nō habeat docere eum occidisse qui confessus est.¶Ubi autē procurator vel tutor aut curator vel quiuis alius cōfitetur absentē dñm vulnerasse vel dānum dedisse confessoria in eos vtilis est actio danda nō aūt preiudicat absenti nisi forte ratum habeat vel nisi in confessione exponēda habeat spāle mandatum.vt ff.e.l.proinde.ff.si procurator.t de inter.act.l. si defensor.t.l.qui seruū.t de confes.l.certū.ff.sz an.t in hoc casu cū conuenitur confitēs iudex datur nō rei iudicāde:id est vt iudicet dānum sit datum vel nō sed extimande.i. vt extimet dānum datū quantū sit t illud deducat in condēnatione.Nulle eñ sunt partes iudicis in cōfitentem. Quid eñ si is q̄ agit aquilia maluit probare dānum datum t magni litē fecit;reus vero fatetur se occidisse t paratus est soluere extimationem nō erit audiendus actor q: boni pretoris est licē diminuere.vt.ff.si cer. pe.l. quidam.In crimali aūt cā fm oēs fertur ℈ confessum sñia.vt.ff de custo.re.l. si confessus. Sz secus in ciuili vt dictum est. Vel dic etiaz in ciuili cōfessum dānandū.vt.ff.de confes.l.iul.qđ aūt hic dicit non dari iudicem rei iudicande intellige cum precedenti probatione t cognitione nec eñ est eis opus cum reus sit confessus datur tñ rei iudicande.i. vt pronūciet dānum datum esse t declaret eius extimationem vel nō datur iudex rei iudicande cū sine precedenti libelli oblatione actoris postulatione simplici deposita reus fatetur se dānū dedisse.Cū autem solēni t iudiciali ordine causa excepta
2 solēniter est terminada. Estimabit aūt iudex dānū p probationē actoris.vt insti.de ver.ob. ff.vlt.t j.de pto.sti.l.vl.forte res ipsa vel aspectus rei testificari posset ,p dāno.vt in actione iniuriarum t finiū regūdoz t tutele.vt.ff.de fertis.l.ff.in fi.t fi.regundo.l.sed irruptione.t
b C.de admi.tu.l.lex.numqđ deficiēte ,pbatiōe b defert iudex iusi urandū actori t forte nō nisi qñ damnū datum est impetuosa violētia.vt.j. Uid late vñ vi.l.si qñ.in extimatione aut dāni cōe pciū p iasoñ. nō singulare est attendendū.vt.ff.e.l.si seruuz meū.¶Cōpetit aūt actio.l.aquilie in simplū si si qñ.C.
3 reus ofiteatur se dānum dedisse.¶In hoc aūt vñ vi. simplo nō tm ipsius corporis in quo dānū datum est fit extimatio.sed etiā cōputantur vtilitates corpori coherentes vt ecce si ex comedis.aut symphoniacis.aut gemellis.aut q̄drigis.aut ex mularū pr̄i vnum vel vnā occideret nō solū perempti corpis est estimatio faciendaz:sed t eiꝰ ratio debet haberi quo cetera corpora deprecciata sunt.¶Itē extrinsece vtilitatis habet ratio.vt ecce si seruū meum occidisti quē sub pena tradere ,pmisi.vel si occidisti seruum meū ab alio institutū heredē q̄ me iubēte ipam hereditatē adiret t eam mihi quesiuisset nisi eū occidisses.t hic si occisti eum mortuo testatore q̄ ipm instituerat heredē.Nā si testator adhuc viuit nō videt ꝙ eius hereditas debeat estimari.vel q: nondū videt delata.vel q: in.l. aquilia preterite non future vtilitatis hr̄ rō. vel q: facile posset mutari testamētū sicut t cū quis instituit me heredē sub ꝺditione si seruū meū manumittā t tu eū occidisti viuo testatore.vt insti.eo.ff.illud.t.ff.eo.l.ait.t.l.pinde.et l.inde neratius.primo rñso.t.ff.idem inl.scribit.¶Item extrinseca vtilitas pōt assignari si seruum meū occidisti q̄ magnas fraudes in rōnibus meis cōmiserat.de quo questionē habere destinauerā vt fraudū participes eruerent estimabit eñ quāti intererat mea fraudes serui p euz cōmissas detegi.nō quanti noxa ipsiꝰ serui valeat.i.ipse seruus nocēs.vt.ff.e.l.inde neratius.ff.sz t si seruus.Patet ergo ex his ꝙ lex aquilia dānum cōsequimur t amississe dicimur.quod aut ꝺsequi potuimꝰ aut erogare co-
4 gimur.¶Proprie tñ ꝺ amissum qđ nō est habitū.vt.ff. de re.iu.non videtur.t fit estimatio oīm horum cōmuni opinione nō singulari vtilitate vel affectione alicuius.vt.ff.e.l.si seruuz meū.t ad.l.fal.l.precia rerū.t.l.in.l.falc.ff.vlt. t in sūma.vt gñaliter dicā oīa cōmoda que rem precioziorem faceret veniunt in extimationez quoz oīm estimationes faciēde sunt si ex primo capite.l.aquilie agatur quātiplurimi res fuit retro ifra annū.vt.ff.e.l.inde neratiꝰ.ff.in sūma.olim eñ tria erant capita siue capitula l.aq̄lie.sed hodie sco sublato duo tm locū habent t agit ex primo capite de hoīe occiso.Itē de quadrupede occisa q̄ pecudū numero est: t gregatim habet. vt sunt oues: capre: boues: equi:muli:asine:sues.Canis aūt iter pecudes nō est:sz nec bestie sunt ī nūero pecudū:vt vrsi leones panthere.Elephantes aūt t cameli ḡsi mixti sunt. Nam t iumētorum peraz prestant t natura eoz fera est.q: in eis prevalet natura

BIU Cujas

benignio: primo capite cõtinẽtur. vt insti. e. j. respõso. ꝛ. ff. ꝙ autẽ ꝛ. ff. his autẽ verbis. ꝛ. ff.
5 eo. l. ij. ¶ Ceterũ de omni dãno cauetur per tertiũ ca. qõ est hodie scõm siue damnũ quis dederit ꝙ verserit: siue ꝙ fregerit: siue ꝙ ruperit. ꝛ ponitur rumpere ꝙ corrũpere. vnde si lolium vel auenã in segetẽ alienã iniecerit vt eam inquinares dñs ꝛ colonus fundi interdicto qõ vi aut clam agere possiunt. et si colonus agat debet cauere amplius nõ agi. Itẽ act. in factum subsidiaria. l. aquilie nõ directa. qz directa lo sed cũ habet vbi res ipsa corrũpit vel mutat: hic seges non est mutata vel corrupta. Sed aliud est applicitum cuius est molesta separatio. tenebit ergo aquilia ille qui vinũ spurcauit. vel effudit. vel acetũ fecit. vel alio modo vitiauit. Nã ꝛ effusum ꝛ fractũ ꝛ ystũ cõtinentur rupti appellatione: nec est nouũ: vt lex specialiter quibusdã enumeratis generale subiciat verbum qõ specialia complectatur. ¶ Qui autem vinum vel frumentum alienũ consumpsit non videtur damnũ iniuria dare: ꝛ ideo tenetur vtili. vt. ff. eo. qui occidit. ff. si quis. Et si fecit dolo tenetur furti. Itẽ rũpere dicitur qui vulnerat vel lozis vel pugnis cecidit vel telo vel quo alio vt scinderet alicuius corpus vel tumorẽ fecerit. Et fit extimatio ex hoc capite ꝙti res plurimi fuerit infra. xxx. dies. hoc em verbũ plurimi: qz cõtinebatur in primo capite repetitiõ videtur in scõo: ꝛ ita respiciũt iste actiones retro: qz oculos habent a tergo vt ianus. vt insti. e. ff. capite. ꝛ. ff. eo. l. si seruus. ff. huius legis. ꝛ ff. tertio. ꝛ. ff. siquis. ꝛ. ff. inǵt lex. Si querat quis cur in primo capite maioris tpis fiat repetitio. Rñ. qz acrius puniẽdus est is qui magis deliquit. vt. ff. de offi. pre. l. diuus.
a Cõstat. Vide Ce po. xlij. ꝛ consi. lxx vj. colũ. iij.
a Constat autẽ ꝙ magis deliquit ꝛ maius dat dãnũ his qui occidit ꝙ his qui tm vulnerauit: ꝛ ideo maioris tpis fit repetitio. Si vero dissentiatur aliquis se dãnũ dedisse ꝛ cõuincat ꝑ testes tenet in duplũ ꝛ duplicat osse id qõ diximus simplandũ. Sed si sacramẽti delatione a reo facta actor iurauerit sibi damnũ datũ agit solũmodo in simplũ. vt. ff. e. l. inde neratius. ff. hec actio. ꝛ de iureiur. l. esi. ꝛ qõ me. cã. l. si cũ. ff. quadruplabit. ꝛ de ser. cor. l. in hoc. ꝛ de libe. cã. l. nõ tm. hec añt cõsiteat vel nõ cõsiderabit tps litis cõte. Nã ante litis cõte. penitere põt non postea nisi sit minor q̃ in integrũ restitui potest. vt. ff. de noxa. electio. ff. nec. Itẽ pena ista dupli puto ꝙ locũ habeat ꝛ ĩ directa actione. l. aquilie ꝛ in vtili ꝛ in factũ. Nã. j. e. l. pe. lo
6 quit in vtili vt vitet Sriũ ibidẽ notatũ. ¶ Est añt hec actio ciuilis nõ pretoria. Nam vt diximus legis vicẽ ceperũt obtinere plebiscita ꝑpetuo dat: qz ex lege descẽdit. vt insti. de perpe. ꝛ tẽpo. act. heredibus añt datur hec actio nisi in casu. vt. s. diximus. Et aliud etiã notari põt cũ seruũ meũ quẽ iussi esse liberũ ꝛ heredẽ insolidũ occidisti. hic em nec substitutus seruo agere poterit aquilia nec legitim⁹ heres me⁹. neutrius em interest seruũ viuere. qz neuter eẽt heres si viueret ser⁹. vt. ff. e. l. inde neratius. ff. j. Si vo seruũ ꝙ parte instituisset coheres eius ageret aquilia. vt. ff. e. l. si dñs. In heredes autẽ nõ dat nisi in id qõ ad eos puenit.
7 vt. ff. e. l. inde. ff. hãc actionẽ. ¶ Famosa non est hec actio quia ꝛ datur viro in vxorem cõstante matrimonio vt. ff. e. l. si seruus. ff. si cũ marit⁹. Et dabitur in simplũ tm fauore matrimonij. Constãte em matrimonio nec penalis nec famosa cõpetit actio. vt. ff. de ser. cor. l. vl. ꝛ. j. re.
8 amo. l. ij. ¶ Penalis autẽ hec actio est sui natura saltẽ ꝓpter repetitionẽ preteriti tẽporis ꝛ qñq nõ exigat penã: vt si res plurimi est cũ datur damnũ ꝙ prius. nam ꝛ homo semper est risibilis ꝛ non semper rideat ꝛ semp rationabilis quãuis qñq nõ vtatur rõne. vt insti. e. ff. his autẽ verbis. ¶ Stricti iuris est hec actio. ¶ Itẽ est ex maleficio. vt insti. de obli. que ex delic. nascuntur. primo responso.

¶ Familie herciscunde. 44

Dictum est supra



de iudicijs petitorijs. Sed quia semper nihil ꝓdesset petere nisi ꝛ liceret diuidere. Nã sequius expediũt cõmissa negocia plures. Itẽ naturale vitiũ est negligi quod cõe est: vt se nihil habere qui nõ totũ habeat arbitret. deniq suam quoq ptẽ corrũpi patiat dñi inuidet aliene. vt j. qñ ꝛ quibus quarta pars. l. ij. Ideo apponit de diuisorijs. Et primo de ac. fami. hercis. quia per hoc iudiciũ diuiditur vniuersitas q̃ res singulari dignior est. ¶ Videndũ ergo vñ dicatur actio fami. herc. cui cõpetat. Et que veniãt in ea. Et inter quos possit intentari. Quod sit of
9 ficiũ iudicis in ea: ꝛ qualis sit actio. ¶ Dicit autem actio fa. herc. id est hereditatis vel substãtie diuidende. Nomẽ autẽ familie ꝛ qñq ponitur ꝓ cognatione vt cũ dicit. isti sunt de familia ꝓfami. ꝛ quãdoq ꝓ seruitute. ꝛ qñq ꝑ protestate. vt cũ dicitur filiusfa. paterfa. Dic autẽ ponitur pro substantia vel hereditate. vt. ff. de verb. signi. l. pronunciatio. ff. j. Herciscunde dicitur ab herciscо quod est diuido: vnde ꝛ hodie deberemus dicere herciscende. sed tamẽ sic eo verbo vtimur ꝛ bene sicut scriptũ reperimus apud antiquos: qz ita gerundia sua pronũcia-
10 bant legundo audiundo. ¶ Cõpetit autẽ hec
b actio directa heredibus[b] siue ex testõ siue ab intestato deferat hereditas. vt. ff. eo. l. ij. vtilis añt actio cõpetit bonoꝝ possessoribus qz non sunt heredes de iure ciuili. vt insti. de bo. pos. ff. quos autẽ. Itẽ arrogato qui succedit in q̃rtã partẽ bonorũ. Nec em potest dici ꝙ magis ex testõ ꝙ ab intestato debeat quarta. vt. ff. e. fina. l. ij. ff. si q̃rta. Itẽ cõpetit vtilis fideicõmissarijs quibus restituta est hereditas. vt. ff. eo. l. si exasse. Quidã tamen dicunt directã actionẽ dari bonorum possessori. ar. eius quod legitur. ff. e. l. ij. ff. si quarta. Dicit enim arrogato dari vtilem: quia non est heres nec bonorum possessor. ergo videtur ꝙ si esset heres vel bonorum possessor haberet directam. Sed certe in eo qõ dicit. cum nec sit heres. notanda est ratio in

b Heredibus. ff. de carẽ. ff. si. xxx. colũ. vij. fina.

BIU Cujas

eo quod dicit. nec̄ bonorum possessor notatur dissimilitudo sicut et lego quod est in. ff. ad. l. fal. l. j. ℣. de operis. Amplius et competit vtile omnibus quicunq; de iure prętorio succedunt in ius vniuersum. vt ff. e. l. sed et eius ℣. j. et de fideicō. he. pe. l. ij. ¶De quibusdam tamen dubitari potest puta duo sunt quorū vn⁹ est heres. alter bonorum possessor. Et satis dici potest vtiq; dari vtile: vel dic heredi dari directum alteri vtile et tamē non sunt due actiones sed vna est in substantia licet qualitatem immutet propter personam. Nam et incorporale qualitatem dico habere et probare posset: licet dialetici quidam cōtradicāt. Item satis amitto q; quandoq; ei qui nō est heres vel loco heredis datur vtilis actio puta exhereda to ad percipiendam dotem sue vxoris. vt. ff. de dote prelega. l. j. ℣. si tamē. vel dic ibi loqui de vtili actione in factum. ¶Veniunt autem in hanc actionem ea que sunt in bonis defuncti tempore mortis. Sed ea que ante mortem de bonis exierunt. vt si donauit pater filio emācipato nō veniunt. vt. ℣. de inoffi. dona. l. si pater. Nec obstat quod in ea. l. dicitur donationem collatam a patre in filium qui erat in facris venire in hanc actionem. vt a principio videatur valuisse. vt. j. de dona. inter vi. et vxo. l. antepe. sed certe trahit retro et videt valuisse quantum ad fructus etiam naturales qui a principio videntur filio quesiti. Item quantus ad dāna data in re donata. vt de eis nullo modo teneatur: nō quantū ad hoc. vt retro fingatur dns q; expressa voluntate dominus fieri non potuit. argumenta sunt ad hec duo. ff. de le. ij. l. cum pater. ℣. pater filie. et de offi. procōsul. l. observare. ℣. vlti. vel forte hic tacita confirmatio que fit per legem plus operatur q; posit operari voluntas expressa. ar. ff. de sol. l. sub conditione. et de do. inter vi. et vxo. l. si is seruus. intuita ergo varietate magis q; fictione dicuntur res venire in actione fami. her. Item veniunt in hanc actionem quesita post mortem ante aditam hereditatem vt que seruis hereditarijs ab aliquo donata sunt sed et quesita post aditam hereditatem veniunt quā doq; vt si heredes egerint cōmuni di. cij extraneo cum quo testator habebat rem cōem eiscq; fuerit adiudicata res veniet enim tota in hāc actionem. Idēq; in partibus editis post aditam hereditatem. vt. ff. e. l. t post. ℣. idem erit. t. l. meuius. primo responso. t. l. partum. Sed t veniunt res quas heredes vsu ceperunt cum defuncto tradite essent. Item t res que heredibus tradite sunt cum defunctus amisisset. vt ff. e. l. veniunt. Nec distinguitur in rebus quas habuit testator fuerint eius vel ius habebat in eis directo an vtiliter. vt. ff. eo. l. item pdia. Immo et si nullum ius habuit in eis quia erāt commodate res vel deposite vt periculum pertineret ad heredes: vel si testator habebat i rebus retētionē tm̄ venient in hanc actionē cuz t veniunt in petitionem hereditatis. Absurdum a dū⁹ eiñ est vt q̄ peti pñt diuidi nō possint. vt ff. de peti. here. l. t non tantū. t. l. sed t si. ℣. vlti. dum. Vi Sed et res hereditarie legate in testamento de ludo. sub cōditione. Item statuliberi serui veniunt ro. singu in hanc actionem t adiudicari possint vni he- lari. cccc redum cum sua scilicet causa vt existente con- lxxiiij. ditiōe legati extimatur ab eo cui adiudicata est aut deficiente conditione reuertatur ad eū cui est adiudicata vel ad eos a quibus est dere licta cum ipsi diuiserint ea inter se. videmur autem loqui de reuersione tali qualis fuit discessus: res autem non discessit ab heredibus nisi quantum ad speciem et eius respectu dicitur reuerti. Et nota q; si existat conditio post litē conte. in actione fami. herc. res subducit de iudicio quia hec alienatio est necessaria et vetustiorem habet causam sicut et si extraneus rem defuncti cepisset vsucapere et compleret vsucapionem post hereditatem aditam et litē cōtestatā i hac acti. t ē hoc notabile i hac actione q; vniuersale iudiciū est t veniūt etiā q; possident ab extraneis. Volūtaria aūt alienatio fieri nō posset post litē ote. vel etiā motā otroversiam vt t in petitione hereditatis dr. vt. ff. de. pe. here. l. diu⁹. t. ff. e. l. alienatiōes. t. l. ſ si vsucapio. Nec distinguo i rebus hereditarijs sint domestice an māsuete. ¶Sīlā columbe que emittuntur de columbario veniunt in hoc iudicium cū nostre sint tandiu q;diu consuetudinem habent reuertendi ad nos. Idemq; dico in apibus: sed et si quid de pecoribus nostris aut bestijs ereptum est venient in hāc actionē si feram euaserit nec eni desinit esse nostruz q; diu a lupo vel alia bestia fuerit consumptū. vt ff. e. l. pompo. ℣. pe. t. vlt. Sed et res hereditaria que est apud hostes et eius pstationes veniunt ꝓpter spem scilz postliminij scilicet cuz cautiōe vt caueat ille q; accepit pecuniā de reddēda ea si nō reuertat res nisi estimatus tantū esset dubius euentus. vt. ff. eo. l. item labeo. ℣. vlt. t. l. ꝓpter. Libri aūt defuncti nō veniūt in hāc actionē. vt. ff. e. l. quedā. Item veniūt q;dam cōburenda vel corrūpenda: vt libri ipro- bate lectionis magici forte vel similes vel mala medicamenta vel venena que nec adiectione alterius possunt esse vsui. Sed t si quid ex peculatu vel sacrilegio quesitū erit vel vi aut latrocinio aut aggressura hoc non diuidet. vt ff. eo. l. cetere. ℣. mala. t de cōtrahē. empt. l. qō sepe. ℣. veneni. Itē veniūt psonales fruitutes. vt vsus. forte t vsus vel habitatio si hec defuncto et heredib⁹ sunt relicta. vel si seruo heredi tario sint relicta. Si vo relicta essent heredib⁹ tm̄ forte nō venirēt. q: nō vident habere iure hereditario sed ex sua psona. ar. ff. de peti. he. l. qō si i diē. ℣. nō solū. Vel dic idē i vtroq; casu. q: ibi relinquit defuncto t heredib⁹: heredes aūt habēt aliū vsumfru. nō esi q; fuit defuncti. vt. ff. de ver. obli. stipulatio ista habere. ℣. si qs ita. sic aūt veniet vsus. vt vl religiōib⁹ heredes iudex frui pmittat vel locet vsus. vni ex illis. vl tertio psone. vt heredes pcipiāt pēsiones sine cōtrouersia vl si tres sint mobiles ēt sic poterit diuisio fieri. sicut conueniat iter eos. ca-

BIU Cujas

neant tqz per tpa se fruituros. hoc est vt apud singulos mutua vice certo tempore sit vsufru. sed adiudicari potest vni heredi ex certo tempore et ad certum tēpus et alternis annis. vt ff.e.l.sed ꝛ si vsucapio.ſ.vlt.ꝛ.l.vel si.ꝛ.l.puto. ꝓmo rñso.ꝛ.ſ.vsufru.ꝛ cōi di.l.cōmuni diui.ſ. cū de vsufr. ¶ Prediales aūt seruitutes ꝓ se nō veniūt.ſz cū reb⁹ ipsis.ſz nec eaꝝ stipulatio venit ī hāc actionē.qz vnicuiqz heredū dat actio ī solidū. Promissiones etiā seruitutū nōveniūt. qz singuli heredes ei⁹ qui promisi seruitutē p̄dialē tenent īsolidū cauēt tñ iter se vt si qs ex his cōuent⁹ litis extimationē pstiterit id pro pte a ceteris cōsequat. Idemqz ꝛ si testator legauit viam. vel si ꝓmisit aliquid sub pena. Nā lz obligatio pene ꝛ sortis diuidat inter heredes pro hereditaria pte. tamē qz nihil ꝓdest adeuitādam penā partē suā soluere cauet ceteris de indēnitate pstāda is ꝓ quē factū fuerit ne tota pecunia soluatur aut satisfaciat ei qui solidū soluerit. vt.ff.e.l.conse.ſ.vlt. et.l.heredes. ſ.an ea.ꝛ ad.l.fal.penales. ſ.iul.ꝛ deꝫb. ob.l.ea.ſ.j. Nomina aūt vel actiōes hereditarie nō veniūt in hāc actionē nō qz sint indiuidua vt seruitutes. sed qz ipso iure p.l.xij. tab. sunt diuisa. vt.j.e.l.ea q̄.b̄ ita si ꝓ se sint nomina. i. sine rebus corpalib⁹. Nā ꝛ qñ miles decedit instituto vno herede in castrēsibus altero in paganicis. cessat hec actio. qz diuisus est patrimoniū p cōstitutiones iter eos. ꝛ nihil ītelligunt habere cōc. vt.ff.eo.l.heredes. ſ.j.ꝛ de mili. testa. l.si certarum. ſ.j. Porro si nomina non sint sola. sed cum rebus corpalibus. veniunt ꝓ iudicis officiū assignāda vel attribuēda scilicet vt alter alteri mandet actiones ꝓcuratorēqz eū in suam rē faciat ꝛ ita ꝓmittat se diuisionē ſuaturū. Idēqz ī re aliena soluenda. qz sepe solutio et exactio ptiū nō minima hz incōmoda nec tñ hec attributio faciet vt quis solus totum debeat vel totum ei debeaſ. sed vt sine agentiū sit ptim suo partim ꝓcuratorio noīe agaſ siue cum eo agitur ptim suo partim ꝓcuratorio noīe cōueniatur. Nā licet libera potestas maneat creditorib⁹ cū singulis expiundi tñ libera potestas ē his suo loco substitnendi eos ī quos onera actiōis officio iudicis sint translata. vt.ff.e.l.ij.ſ.vlti.ꝛ.l.iij. et hoc ꝓpter vtilitatem duo similia induco. Naz in actione serui corrupti non venit ꝓ se damnum siue corruptio rerū. sed si animus serui sit corruptus: etiā rerum habeaſ extimatio. vt.ff.de ser.cor.l. dolo.ꝛ.l.sed commodius. ꝛ.l.si quis. ſ.vlt.et.l. in hoc. sic ꝛ ꝓ reb⁹ mobilibus non agitur interdicto vnde vi. Sed si soli vis facta etiam mobilia cōtinent ī interdicto. vt.ff. de vi ꝛ vi ar.l.j. ſ.illudvtiqz.ꝛ.ſ.si fundus. sic et alibi.ff.de car. edic.l.si impubes.ꝛ.ſ.si pupillus.et.ſ.si vero post. Item veniunt tabule vel cautiones vel rationes assignande ei qui de maiori parte est heres et ipse suis coheredibus descriptum et recognitum faciat cautione interposita vt cuz iudex exegerit ipse exhibeantur. Si autem omnes ex ijsdem partibus sunt heredes nec iter eos conueniāt apud quem debeant esse deponuntur apud seniorem heredem vel eum qui amplioris est honoris et potius apud marem ꝙ feminam. Item potius apud ingenuū ꝙ libertinū. Et si nec ex his vnus dozū alteri possit preferri sortiri eos oportet aut cōsensu sine scriptis vel suffragio scripture eligēdus ē amicus apud quē deponant vel in edē sacrā deponi debent. nam ad licitationem rem deducere vt q̄ licitatione vicerit hic habeat instrumēta hereditaria. b̄ nō placet mihi neqz pōponio. vt ff.eo.l.certe. ſ.vlt.ꝛ.l.si que.ꝛ.l nam. et de fide instru.l.vlt. et hic quando cautiones vel rationes non sunt alicui heredum prelegate. nam si plegate sunt tradunt quidē ei sed non prius ꝙ coheredes descripserint. nā ꝛ si actor⁹ seru⁹ plegetur non prius traditur ꝙ rōnes reddat et cauebit hic plegatarius vt quotiēs desiderate fuerint rationes vel actor⁹ prelegatus copia illorum fiat. autētice eñ rationes necessarie sunt actori ad instruēda ea q̄ postea emergunt. vt.ff.e.l.pompo.ꝛ de fide instru.l.ij.et.ſ. de edendo.l.pcurator.ꝛ autētica. si quis.et.ſ. de diuersis rescri.l.sancim⁹. Item veniūt quedam adiudicāda. vt que donauit pater filio existenti ī p̄tate cōferendo ī eū vltimū arbitriuz vel ei dādo. vt extraneo. Nā si donauit ꝺcedēdo ī peculiū veniet res diuidēda nō ꝑcipiēda. vt.j.e.l.certū.ꝛ.l.filie.ꝛ.j. de collatio. si donatione. Donasse aūt vr ꝑ si filiū noīe aliq̄d emit vel si ei dat vl̄ mittit in alimēta maxime cā studiozū alibi degenti. vt.ff.e.l.que pr̄.ꝛ.j.c. filie licet. P. dicat. l. illam q̄ pr̄ correctā quia hodie fieret collatio quod nō puto qz simplices donationes nō cōferuntur ꝛ hoc vbi donauit pater filio non militi. Nam militi filio donare pōt mobilia nō ꝓdia vt ꝺputent in castrēsi peculio. vt.j.e.l.si fili⁹. si pr̄ nō erat alias donatur⁹ nisi filius militaret. nā qđ erat alias donaturus non erit peculij castrēsis etiam si id diceret donator veritatē eñ spectam⁹ nō qđ quis finxit vbi aūt donator⁹ parens vel agnat⁹ nō hz ī. potestate donatariū etiā in īmobilibus tenet donatio ꝛ cōputant in peculio castrēsi fm ꝓdicta. vt.ff.de peculio castrēse.l.si forte. ꝛ.l. castrēse.

Et ibi vide alb. ō roxa.

¶ Itē preceptiones alicui heredū relicte veniunt adiudicāde siue cōtineāt emolumētū siue cōtineāt onus vt es alienū soluēdum. vt.j.eo. si qua. et.ff.e.l.si filia. ſ.pap.ꝛ.ſ.si pater. ꝛ.l.idē labeo. ſ.j.ꝛ.l.rem pignori. hinc est ꝙ si statuliber de peculio suo dederit vni ex heredibus aliquid causa implende conditionis non venit illud cōmunicādū ſz ꝑcipiēdū q̄si plegatum. vt ff.eo.l.si filia. ſ.vlt. Item veniūt in hanc actionē ꝑcipiēda ac si prelegata sint mihi que pater meus accepit noīe dotis ab vxore mea vel uru mea ꝓ me ſz mihi data dotē ꝑcipiam inquātū pr̄ meus tenebaſ ex mea ꝑsona. ſ. peculiotenus vel quaten⁹ versum est in rē suam sed ꝛ fructus dotalis p̄dij ꝑcipio pceptos post litē motā q̄ vero ante litē motam pcepti sunt equaliter pertinēt ad oēs heredes: impēsaꝝ vero ratio est habēda q̄ fiūt equaliter ī fruct⁹.

BIU Cujas

ñā nullus casus interuenire pōt ꝺ genus deductionis impediat. Ideo aūt ꝓcipio dotē q; onera matrimonij mei. Itē filij mei mortuo patre meo statim ꝛequuntur me sicut et tutelā onera ꝛ liberos. Nec distinguit sim heres institutus pure an sub cōditione lz etiā actio de dote pendeat q; nescitur vtrū ea sim cōueniēdus an heredes mei patris q̄ recepit dotē tñ nō pēdet actio fami.herc.qua possum ꝓcipere dotē etiā si exheredatus essem si tamē mīmo nisi aliquo tpe stetit post mortē mei ꝓis: alio ān ꝺ.vt.ff.e.l.si filia.ſ.j.ꝛ.l.si marītus.ꝛ.l.fundū ꝺ.ꝛ de dote prele.l.j.ſ.celsus. Itē nec pendet ān coheredes mihi dati pure cōueniātur ꝓ partibꝫ suis.vt.ff.so.ma.si marito.ſ.cum patri. ¶Itez debita cōtracta iussu mei patris inter que computanť et munera suscepta vel viuo patre vel post mortem dum tñ ipse pater consenserit vel que versa sunt in rem eius vel ꝓ quibus tenebatur de peculio veniunt percipienda quatenus iussu versum erat quatenus de peculio agi poterat. Sed et si filius cōueniatur a creditoribus postulabit sibi actiones cedi. Hinc est q; si filius cum patrem defenderet condēnatus soluerit vel viuo eo vel post mortem datur hec actio vtilis in his omnibus dotibus et debitis q; non sunt hec facta a me postꝫ extiti heres: vel non sunt facta a me vt ab herede et iō cessāt directa.vt.ff.eo.l.ꝛ puto. ſ.pe.et.l.his cōsequēter. ſ.celsus.ꝛ.l.si filia. ſ.idem scribit.ꝛ.ſ. neratius.ꝛ.l. qui erat.ꝛ.l. heredes.ſ.pe. Et pñt hec cōprehendi super personalibus actionibus vel ꝓstationibus. ¶Cōstat em̄ hoc iudicium ex rebus et psonalibꝫ ꝓstationibus. vt. ff.eo.l.item labeo.ſ.penul. ¶Sunt ꝛ alie personales prestationes.vt dāna data ab vno heredum que in simplum non in duplum extimanť per hanc actionem etiaz cōtra insicientē. Hinc est q; si vni heredum seruī optio generaliter legetur et ei alij heredes interdicant ne optet stichum quia dicunt cum tabulas hereditarias deleuisse optanti obstabit exceptio doli si vendicet seruum et poterunt coheredes questionem de seruo habere. sed si non coheres meus sed cōmunis seruus ex hereditaria causa dānum dederit mihi in re mea ꝓpria agam cōtra heredem fami.herc. vt aut mihi seruus adiudicetur aut damnū restituatur in simplum. vt.ff.eo.l.puto.ſ.vlť. et l.dāno.ꝛ.l.his consequenter. ¶Sed et persona liter agitur ꝓ eo q; coheres meus nō cōsentit mihi optare seruum relictum in genere defuncto vel non consentit dare seruum quē reliquit testator. vt darent quem eligerent heredes eius. ¶Itē ꝓ eo q; cū ante alios adijsset passus est amitti seruitutes non vtendo.vt.ff. 2 eo.heredes.ſ.si incerto. ¶Item personaliter a agoª cōtra heredes ꝓ sumptibꝫ quos feci i res hereditarias ꝛ veniūt vsure a tpe more.vt ff.eo.l.his consequenter. ſ. sumptus. Distinguere tamē potuit sumptus fieri ꝓ parte ꝛ commode an nō.vt in primo casu agetur negest. In ſcdo aūte fa.her. Nec distingo agat is qui fecit sumptum an cōueniatur.vt.ff.e.l. he sessori si redes.ſ.si vnus.ꝛ.ſ.nō tm̄.ꝛ de cōmuni di.l.si nō negesū quis.ſ.siue.ꝛ j.e.l.in familie. Nec ob quod letur cohegitur.s.de nego.gest.l.siue.quia ibi non pote res.l.j.ff. rat agi fami.her.vel cōmuni di.cū res desierit e.tr.ꝛ in esse communis. vt.ff.cōmuni di.l.j. Amplius l. cohere et agitur hoc iudicio.vt si seruus ſm voluntades.ſ.cꝫ tem testatoris exportandus vendať. Item vt tū. ff.eo. coheres faciat monumentū ꝓout ꝓcepit testatoꝛ vbi ꝛ ꝓscriptis verbis agi pōt: sed ꝛ pōt agi vt coheres creditoribus soluat. ¶Questiones aut necati testatorſ aut necate vxoris aut ꝓlis non veniunt in hoc iudiciū sicut nec liberti nec sepulchra nec dāna data a seruo vnī heredis nisi culpa eius id fiat sed nec debitor hereditarius hac actione tenetur licet teneatur hereditatis petitione. quedā em̄ veniunt in illā que nō veniūt in istā. vt.ff.e.l.his consequenter. ſ.sed an.ꝛ.ſ.sed cum.ꝛ.ſ.celsus. et.l. quedam mulier.ꝛ.l.fundum mihi.in fi.ꝛ.l.sed id.ſ.dolus.ꝛ.l.fundum qui.ſ.vlť. ¶Item personaliter ago cōtra coheredem meum ꝓ culpa si talem diligentiam non prestiterit qualē nūc prestat in rebus suis. vt.ff.eo.l.heredes.ſ. non tm̄. Sed ī actiōe ꝓ socio considerať qualē diligentiā cōsueuerit adhibere in rebꝫ suis. vt.ff.ꝓ socio.l.socius socio. videť igiť q; ꝫ hȝ mecū rē cōem teneať vt depositari? pōt tñ dici ꝺ q; lz sit necesse depositariū admin? teneri ad tantā diligentiā quātā adhibet in rebus suis non tamen sufficit si lata pōt ei imputari culpa q; nō est diligēs ad eū modū quē hominum natura desiderat. vt.ff.depositi.l.q; nerua. ¶Itē psonaliter pōt agi ꝓ fructibus restituēdis ꝺs vnī heres ꝓcepit ex re hereditaria. vt.ff.e.l.itē ex diuerso. qđ intelligo si percepit sciens se coheredē habere. Alioquin cū honesti sit possessoꝛ non teneret de consumptis. vt ff.e.l.iter.ſ.fructꝫ. Vel qđ est veriꝫ nō teneret de cōsumptis directo q; nō fecit vt coheres: teneret tñ vtili inquātū locupletioꝛ factus est de cōsumptis sicut ꝛ teneret hereditatis petitione q̄ imitať naturā huius actionis. Aliud aūt eēt ī rei vendicatiōe. vt dixim?. s. de he.pe. et de rei ven. post litē aūt ꝺ testatā vel motam cōtrouersiā tenet coheres de fructibꝫ siue fiat siue non fiat locupletioꝛ. vt institu. de offi.iu. ſ.illoꝝ aūt. ¶Itē psonaliter ago cōtra cohere dē meum. vt cōmunicet mihi cōmodū victorie si expertus est contra debitorem hereditatis tunc cū nōdum natus eram vel nōdum extiteram cōditio mee institutionis vel etiā eram in captiuitate: vt nō possit mihi iputari silentiū vel debebit mihi facere potestatē experiundi scilicet cedēdo actionē. vt dicunt. vel vt ego representādo debitorē q; fit soluēdo. ¶Item trado regulam q; ꝓ eo oī personali ꝓstatione pōt 3 agi ad cautionem. vt.ff.eo.l.si heredes.ꝛ.l. itē b ex diuerso. ¶Potest autem hec actioᵇ intenta b Actiori iter oēs heredes vel iter quosdā tm̄ et pau Vide lucioꝛes gr̄a psonaliū ꝓstationū non aūt gr̄a diro. in ꝺ si. nisionis. vt.j.e.l. coheredibus. ꝛ.ff.e.l.ij ſ.pe. ccxcj. in Vel dic et gr̄a diuisiōis ſz in iudiciū ꝓsentiū col. fina.

BIU Cujas

tñ. Inter eos autē qui nō sunt heredes nō habet locū hec actio licet iudiciū posīt ordinari. vt. ff. e. l. cū putarē. qđ em dicit nullū esse iudiciū nisi inter coheredes exponet: id est nulla est actio cū tñ ꝛ ordinario iudicio ꝛ lata sententia tenet ꝛ soluti cessat repetitio: vt ibi dicitur. Si aūt acciperet iudicium fami. her. inter oēs vel quosdā: vt dictū ꝛ distinctū est: ꝛ in alicuius eorū persona omitteret cōdēnatio vel absolutio nō teneret sentētia. vt. ff. e. l. in hoc. qđ pōt forte intelligi in eodē. c. vt si tibi rē adiudicauit te aūt mihi in extimationē nō cōdēnauit. Secus si in vno capitulo expleto de alijs nil diceret: ꝛ hoc ea ratione q; tot sunt sentētie quot capitula sunt expressa in ea sicut ꝛ in stipulatione. vt. ff. de ver. ob. l. qđ dicit. vnde non debet vna sententiā vitiare qđ non est adiectū. nā ꝛ de re pōt accipi hoc iudiciū: ꝛ pñt quedā indiuisa relinqui. vt. ff. e. l. si filia. §. familie. ¶Agit[a] autē heres cōtra coheredē hac actione nō distincto eo vtrū is qui conuenitur possideat vel nō. vt ff. e. l. heres. §. pūt. sed in eius psona qui agit fami. herciscūdi distinguitur vtrum possideat vel nō. Nam si possideat licet ab alio negetur coheres ag. fa. her. ꝛ oportebit eum ꝓbare se coheredem esse. Alioquin nihil oportet ei adiudicari nec aduersarius est ei condēnandus. vt. ff. eo. l. j. ꝛ. l. fundū. §. vlti. Si tamē mihi poneres q; qui negat me coheredē cū possideam ꝛ agā fami. her. q; in preiudiciū dicat se petitorū hereditatē et bona fide iudex perpēdat eū hoc facere forte differtur actio fami. her. q; in preiudiciū futuri iudicij petitionis hereditatis nihil faciēdū est facilius tamē auditur qui se ab alio dicit cōueniendū hereditatis petitione q; si ipe dicat se aliū conuenturū. vt. ff. de here. pe. l. si quis libertatem. Est autē iudicis officiū in hac actione: vt diuidat res hereditarias. Et vt faciat de euictione caueri is q̄bus adiudicat. vt. ff. eo. l. heredes. §. iudex. Nec aliter potest agi de euictione ꝑm' quosdam. ar. ff. de leg. j. l. si domus. §. j. ꝛ de act. emp. iul. §. idē celsus. Vel qđ ibi dicit cautio est necessaria: vt sit actio ex stipulatu: verū est: q; aliter nō potest agi ex stipulatione ꝓ re legata euicta: nisi cautio fiat: agēt tamen ex pristina: vel actione extestō vel prescrip. ver. vt in hoc casu. vt. j. cōmu. vtriusq; iudi. l. si frēs. In lege autē de act. emp. notat ratio quare nō agat: q; ex necessitate ille qui partē suā vēdidit aliā partē accepit ex necessitate eā suo emptori prestat. Pro rebus aūt a patre diuisis nō agit de euict. vt. ff. de le. §. cū pater. §. euictis. Fit aūt adiudicatio cū res cōis diuidi nō pōt: vel nō cōmode. vt in sti. de offi. iudi. §. si familie. ꝛ ff. e. l. antepe. Est autē adiudicatio faciēda cum subtilitate quadam: vt ecce iudex videt mihi posse adiudicari domū: ꝛ ꝓpter adiudicationē videt me tibi condēnandū in quinq;. Item videt tibi adiudicari posse vineam. ꝛ te mihi ꝓpter hoc condemnandū in decem: ergo in quinq; admissa cōpēsatione in reliquis quinq; tñ mihi cōdēnaberis. vt ff. e. l. meui. §. pe. Et in adiudicatione cū iudex extimat partem vnius debet eā extimare cuz re tota non per se quia minoris fieret extimatio. vt. ff. e. l. ineuius. §. vlti. Itē quod notabile est adiudicare potest iudex vni ꝓprietatē: alteri vsusf. vt. ff. eōi di. si q̄s putās. §. pe. ¶Est autē hec actio ciuilis. ꝛ duplex q; in ea est vterq; actor. ꝛ vterq; reus ꝑm naturā actionis ex accidēti tñ imponitur onus actoris ei qui primo ꝓuocauit vel si ambo simul prouocant forte diuimitur res. vt. ff. e. l. j. in pn. ꝛ. l. §. §. in familie. ꝛ. l. inter. §. qui familie. ꝛ de iudi. l. in trib⁹. Et est in ea spāle vt non possit intētari nisi semel nisi id faciat causa cognita puta ratiōe etatis. vt dor. ar. eius quod legit. ff. e. l. vlti. ꝛ satis pōt admitti qđ dicūt. Sed nō probat per illā legē vt minor volēs restitui cōtra sniam iterum audiatur vel etiā maior si forte per errorē quedā omisit. nam ibi sine iudice facta fuit diuisio. vt etiā dic facta diuisione per iudicē agi iterū fami. herc. pro personalibus prestationib⁹ gratia diuersarū rerum faciendis. vt. ff. e. l. si seruꝰ. ꝛ. l. sed ꝛ eius. j. respōso. ꝛ cōi di. l. i summa. Pro his autē que non fiunt pro rebus diuisis agit in factū. vt. ff. de relig. ꝛ sumpt. fu. l. at si quis. §. labeo. Si queras quare hec actio semel tñ intentatur. Respondeo quia vniuersalis est hec actio ex sui natura ꝛ effectu. Nā pro re vna vel pro quibusdā intentari non pōt sic vt eadem actio integra remaneat in reliquis intentatur tamē pro vna re. vt de hac ipsa teneat iudicium ꝛ de reliquis agat cōi di. vt. §. dictum est. ꝛ dicitur. ff. e. l. fundus mihi. Cū ergo semel sit dictum nō intētatur postea. Nā nec pro his q̄ remāserūt pōt agi nec ꝓ primis: q; semel diuisa sunt vel adiudicata at hereditatis petitio natura est vniuersalis actio ꝛ nō effectu semp: q; ꝛ ꝓ vna re intendit. ꝛ ideo pluries intenditur. Si aūt sit actū primo fa. herc. ꝛ postea pro quibusdā indiuisis agere velit cōi di. pōt: quia pro illis spāliter nō potuit agi fa. herc. Et ꝛ ꝓ his ꝛ alijs actū fuerit vniuersaliter nō tñ prosecutꝰ est efficaciter actione fa. herc. in istis vnde non obstat exceptio si agat cōi di. vt. §. de iudi. l. ꝛ. In rē est hec actio ꝛ in personā gra personaliū prestationū vt dictū est. vt insti. de acti. §. quedā. Perpetua est. i. vsq; ad. xxx. annos extendit. vt j. ff. anna. excep. l. j. Et vniuersalis est hec actio. vt dictū est. ¶Et bonefidei est. vt insti. de acti. §. actionū. ¶Et ex quasi cōtractu est. vt instit. de obli que quasi cōtractu. §. itē si. Et ideo ei currit prescriptio ex quo cepit posse intētari ad diuisionē faciēdā. vt. j. de an. excep. l. j. Sz dño O. videbat eā nasci ex volūtate. ar. ff. e. l. j. Et dicebat ei nō currere prescriptionē donec possident coheredes. Idēq; dicebat in actiōe cōi di. Et ꝓ eo pōt induci qđ nor pactū fieri non posse ne vnꝰ q̄ diuidat res. vt. ff. de cōi di. l. in hoc. §. si cōuenit. Sed certe hic plus operat prescriptio legis q̄ pactū ꝛ ecōtra. q̄nq; plus operat pactū q̄ prescriptio. vt. ff. quēad. seruī. amit. l. nā satis. §. ꝛ si is. nec hic prescribit amissione dominij vel possessionis: sed ne diuidant res.

¶Ex eo que. 4

a Agit. Adde q; etiā act. fa. herci. dat etiaz ei qui nō possidet. l. j. §. q̄d. ff. fa. her. ꝛ an ꝓ rebus non possessis q̄n neuk possidet. baldus in. l. non epistolis. C. de ꝓba.

BIU Cujas



Quid est quod dicit in nominibus nonne eadem ratio est in quibuslibet rebus corporalibus. Nam et ipsarum dominiū vnum quēq; heredum obtingit pro hereditaria portione. Responde non est eadem q̄ res corporales ⁊ si ipso iure sint diuise tñ per hoiem aliter diuidi possunt sc̄z vt loco intellectualis diuisionis fiat quedaz que oculis subijciat: at in noibus non pōt taliter per hoiem fieri diuisio licet totius nois fieri possit assignatio: sc̄z ⁊ facta assignatiōe semp tñ actiōes remanēt penes eum qui mādat eas adeo ossibus eius inherent. vt. ff. pro so. l. iij.

¶ Ex infamia. 46

I

Tare cōi cum quis eam qui eius pro parte dñs est vendit. Distingue vtrū sit cōis ex societate an non. Si ex societate ⁊ vnus ex socijs vendat eam. q̄ ad emendū vendēdūve aliorum volūtate vel mutuavice destinati sunt preciū tñ rei p ac. pro socio petit nec res vēdicari pōt q; vt dictū est quisq; alterius volūtate distrahere videt. qđ em̄ dicit. ff. p socio. l. nemo ex so. intelligo cum id facit, phibentib⁹ ceteris vel inuitis. Siuero nō est ex societate aut ex hereditaria cā aut aliūde. Si ex hereditaria causa. Si quidē vendidit vt cōem ac. phoc verisile est q; alterū cōsitea⁹ coheredē agitur ad preciū fami. her. actiōe si tñ pro parte non potuit vel non cōmode potuit fieri vēditio. vt. ff. eo. l. here des. ſ. idē est ⁊ si vn⁹. ⁊ cōi di. l. si q̄s pu. ſ. siue. ⁊ hoc siue mandatū intercedat siue nō. Nec em̄ actio secū aliā admittit. vt. ff. e. l. ⁊ puto. ſ. ſz ⁊ si dolo. Si vero pro parte potuit expediri vendi tio agit ac. neg. gest. vel mādati si mādaui deuē dendo nec agitur cōi diui. sicut nec fami. her. q; pro parte cōmodū potuit expediri. vt. ff. cōi di ui. l. si quis pu. ſ. siue. ⁊ in. l. ista dicit. j. rñso. Si autē vendidit vt propriā ac. per hoc verisile est qđ me diffiteat coheredē ꝓponā ad preciū peti. her. vt in hāc. l. ij. Rñ. verisimile aūt ideo dixi quia pōt esse q; vēdidit vt propriā ⁊ tñ cōsiteat me coheredē esse ⁊ sic nō aget ad preciū fa. her. q; qđ nō tuo nolle gestū est ratū habere nō pōt. vt. j. dicem⁹. ¶ Itē q; vēdidit vt cōem ⁊ diffitet me coheredē ⁊ hic agā petitio. heredi. vbi autē cōis est ex alia cā non hereditaria si quidē meo et tuo nolle vendas nec tñ ego mādati possim agere pro precio act. neg. gest. ratū habēdo. Si vero tuo nolle tñ nō agā ad preciū ꝓtra te. nisi in subsidiū. qđ dic vt notauim⁹. ſ. de rei ven. l. mater. j. rñso. ⁊. ſ. sinautē. ¶ Illud in oībus verum est q; mādato interueniēte agi pōt mādati. ¶ Illud in oībus verū est q; rem meā semper possim vendicare. nisi volūtas mea p̄cedat vel sequat alienationē. vel nisi venditū sit a fisco. vt j. fi. reg. l. ij. vel nisi coheres q̄ se solū putabant heredē vendiderit. nā q; bonefidei possessoz senatus noluit affixi damno res dicit nō posse vendicari. vt. ff. de peti. here. l. sed ⁊ si. ſ. item si rem. nisi in casibus. vt in eo. ti. l. etiam. ſ. j.

¶ Ex filium quem habentem. 47

Ex ista magis est fama difficilis q; re. casus em̄ ita positus est antiq;tus. ⁊ satis bene pōt ita poni. qđā habebat ī bonis octin genta: filios quattuor. Sic ptz q; hereditaria portio singulorū filiorū ab intestato erant. cc. vni ex his filijs pater ad sustentionē sui fundū valentem pone. xl. concessit in peculio. cōdidit hic pater testamentū ⁊ filios oēs et solos equaliter scripsit heredes. Preterea filium cui in peculio fundum cōcesserat per fideicōmissum rogauit. vt si nauis ex asiaveniret portionē suam suis fratribus restitueret ⁊ coheredibus. Item quibusdā alijs restitueret si illi darent ei pone xx. s. sui coheredes. Sicq; pater decesserit. post mortem extitit cōditio. vēdicat sibi locū fideicōmissaria substitutio. queritur de restitutione fideicōmissi inquantū vel qualiter sit faciēda. et respon. imperator restitutionē esse faciendā retenta quarta. qđ intelligo ex trebel. se. cō. cū de vniuersitate restituēda hic fuerit rogatus. Vñ locū habet trebel. vt. ff. ad treb. l. cogi. ſ. et generaliter. ſz quidaz dixerint q; loq̄tur hic de quarta debita iure institutiōis. qđ nō plz q; in singularibus tñ relictis locū hz. Itē nō loquitur de quarta debita iure nature: q; illa tñ ex substātia defuncti soluenda est. nec ꝑputaret q; a coheredib⁹ extrinsecus. nō ex substātia defuncti acceperit. vt. ſ. de inoffi. testa. l. sancim⁹. Hic autē aliter dicit. statuit em̄ in predictā quartā[a] imputari pro qđ in re hereditario hz in fundo secūdo loco qđ est a coheredib⁹ sibi relictū. pone q; fundus valet. xl. sua ergo hereditaria portio sunt. x. ⁊ accipit a coheredib⁹. xx. sic q; habet xxx. Adhuc desunt ei viginti ad quartā habendam. Illa aūt. xx. statuit imperator q; in eodē fundo soluant. ⁊ ita qđ in fundo hz. ſ. quartā. i. vna x. item cetera ola restituat. Si queras quid facit lex ista ad titulū. Rñ. Jo. q; fit hec restitutio per actionē fa. her. ne nil ad ti. facere videatur. Sed q̄ritur quare in hoc fundo tñ quartā suā deducat cū in singulis ex treb. debēt detrahere quartā. hz secus sit in legata pte bonoꝝ. vt ist. de fideicō. here. ſ. alter oṽo. ⁊. ff. de le. j. l. nō amplius. ſ. cū bonoꝝ. Ad hoc rñsum est antiq;tus q; imperator statuit hoc ex tacita patris volūtate presumpto eo qđ ei in vita cōcesserat in peculio hūc fundū. Vñ verisile videbat q; etiā post mortē suam eundē fundū nō diminutūvsq; quo quarta porrigit in p̄monio haberet aliud restitueret in testō vt dixit. Alij ⁊ aliter rñderūt hoc ideo esse q; vnū cōtra eū spāle inducit. ſ. q; cōputat in quartā qđ accepit a coheredib⁹. Nā extra quartā id esse dz qđ a coherede p̄cipit. vt ff. ad. l. fal. ī quartā. qđ oīno falsum est. in primis quia si a coherede accipiat pecuniā hereditariā totā in quartā sibi cōputat q̄si totā iure suo. i. hereditario capiat. vt. ff. ō leg. ij. l. cū p̄. j. rñso.

[a] Quartā. Vide bal. nota bili eius consilio clxxxvij. in. j. vol. suorū cō silioruz.

BIU Cujas

duci sine pena lenocinij. vt ibidem dicitur. nec
distinguitur an cōcubina sit liber a an ancilla.
vt. j. cōmunia de manumissione. l. vlt. Sic ergo
crīmē stupri impediet concubinatum. Idem et
in crimine incestus quod committitur ratione
affinitatis. nam si qua fuit in cōcubinatu meo
ea nō potest esse in concubinatu filij mei: vel ne
potis. vel econtra. quia p̄opīe nepharia est
huius coniunctio. & ideo huiusmodi facin⁹ ꝓ-
hibendum est. nam quia concubinatus per le-
gem nomen assumpsit extra legis penam est.
vt. ff. eo. l. j. ſ. si qua. & l. pe. & l. in concubinatu.
in fi. l. ¶Et constituitur aliqua concubina sola
animi destinatione etiam ab eo quando q̄ qui
non potest eam vxorem ducere vt ecce p̄eses
mulierem oriundam de p̄ouincia nō ducit vxo
rem. sed tamen potest habere ibi ꝯcubinaz. vt
ff. eo. l. vlti. & de ritu nup. si quis officium. nisi
legitimam habeat vxorē: homines em̄ vxores
habentes nō possunt habere concubinaz. vt. j.
e. l. j. Item nullus potest habere plures cōcubi
nas: sed vnicam. & in domo. & indubitato affe-
ctu ꝯiunctā lz habere. vt in aut. qui. mo. na. filij
effi. sui. ſ. si quis autē. Itē videf hodie q̄ ea de
mum sit legitima concubina que pōt mihi esse
vxor. vt in autē. vt li. ma. vt. j. ſ. ad hoc.

¶De naturalib⁹ liberis & matrib⁹ eoꝝ ex q̄
bus causis iusti efficiantur. Rubrica. 27

a Concu
binatus
Et q̄ di-
cat cōcu
bina et
an aliq̄
casu sit
licitū te
nere cō-
cubinas
vid Jo. d̄
ana. i ru.
de adul.
pa no. &
Are. i. c.
cū sit ge
nerale.
col. pe. d̄
fo. cōpe.



Alia ex concubi
nis filij nascūtur naturales. Et
ideo de naturalibus filijs videa
mus. & de matribus eoꝝ scz qui
dicantur naturales: & ꝑtus pos
sit eis relinqui vel inter vinos vel in vltima vo
luntate quoquo titulo dari: & postea ꝑsequen
tes tenorem rubrice dicemus. Quibus ex cau
sis liberi naturales efficiātur sui. i. redigantur
in potestatem parentū: & de hoc tractatur in fi
lo aut. qui. mo. na. effi. sui. in col. vij. vel fiant le
gitimi successores patri & nō redigantur in po
testatem suam eo viuēte: & de hoc tractatur in
alio aut. qui. mo. fi. na. effi. le. in col. vj. & vocan
5 te percipietur in sequentibus. ¶Sciendū est
b igitur q̄ filiozum alij[b] sunt naturales & legiti
mi: vt qui nascuntur ex legitimo matrimonio.
Alij sunt legitimi tñ: vt adoptiui. Alij natura
les tñ: vt nati ex cōcubina vnica: & in domo et
indubitato affectu cōiuncta. vt in autē. q̄. mo.
na. effi. sui. ſ. palā est. in. j. col. & ſ. si quis autē.
Alij neq̄ naturales neq̄ legitimi: vt qui extra
cito & dānato coitu nati sunt: vt in autē. q̄. mo.
na. effi. sui. ſ. vlt. Et est sciendum q̄ ista distin-
ctio liberoꝝ fit fm iura ciuilia vel imperialia
nō fm iura naturalia neq̄ em̄ a p̄in. quando
la natura sentiebat hoīes anteq̄ scripte quem
rent leges fuit quedā differentia naturalis & le
gitimi: sed antiq̄s parētibus antiqui filij mor
vt p̄ocedebant fiebant legitimi ipsa creatura
et sicut in liberis hoībus natura fecit liberos
omnes bella vo seruitutes aduenerūt sic & na
tura legitimas ꝓduxit soboles at diuersio ad
concupiscentias vel castitatis casus naturales
immiscuit legitimis & sicut in seruitute adinuē
tum est beneficium manumissionis ita necessa
rium est naturalib⁹ vt inueniatur medela qua
fiāt legitimi & sui. vt ī aut. q̄. mo. na. effi. le. ſ. no
6 uim⁹. & q̄. mo. na. effi. sui. in. j. col. ¶Succedunt
aūt isti filij naturales ex testamēto & ab intesta-
to & sciēdē iste pr̄ naturalis habeat filios legiti
mos vel nepotes lz ei dare vel relinq̄re natura
libus eoꝝūq̄ mīi vnciā vnā nō vltra vel soli cō
cubine semūnciā nō vltra. qō aūt vltra datū est
applicatur legitimis filijs vel nepotibus. Si au-
tem nō habeat legitimos filios vl nepotes
descendentes sed habeat ascendētes legitima
parte relicta ascendentibus legitimis reliqua
in naturales distribuere potest. si aūt neq̄ ascē-
dentes neq̄ descendētes habeat legitimos lz
eos instituere insolidū heredes. Ab intestato
aūt succedūt isti naturales vna cū mre sua uti-
liter ī duas vncias p̄ne sube si parēs ipsorum na
turalis defunct⁹ intestat⁹ nō bēat legitimā sobo
lē liberoꝝ neq̄ legitimā ꝯiugē. nā & b lz nō ca-
piat vl succedat tñ facit ne naturales possint
capere vl succedere sicut & faciūt legitimi filij qui
succedūt & repellūt naturales: lz vbi repellant
naturales ꝓpter legitimā sobolē vel legitimā
cōiugē vt dictū est debēt ipi naturales pasci a
succedētib⁹ bonis viri arbitrio. ¶Sicut aūt & in
quātū & q̄ñ succedāt liberi naturales parētib⁹

BIU Cujas

ita ⁊ intantū ⁊ totiēs debēt succedere parentes naturales filijs naturalib⁹ vt par pietas seruetur eis. ¶Et q̄ dixi de naturalib⁹ filijs ⁊ de naturalibus nepotib⁹ ⁊ pnepotibus seruāda sunt si quis nepotis nomē in tam denegeres hoīes extendere voluerit. vt in auk. q. mo. na. effi. sui. ſ. discretis. vsq; ad illū. ſ. quoniam vo. ⁊ j. e. l. vlt. ¶Qui aūt ex dānato est coitu vel nepharios vel incestu nec naturalis noīatur filius nec alē a dus[a] est a parētibus nec habebit ptcipium substantie pne ipse vel ei⁹ mater etiā progati na rescripti iperialis q̄ vel loco vxoris vel loco concubine sit habita: ⁊ qđ eis talis pater dederit p se vel p aliū totū retractū legitime soboli reddēdū est aut fratri aut sorori aut fisco si predicti non existant vel existant et in presentia rerum constituti agere noluerint pacto vel iure iurando excluſi. Idēq; ⁊ si dissimulauerint vel tacuerint infra duos menses ⁊ inuadit fiscus res tales sub pena quadrupli et perquirit res tales cum seua questione tormentorū cōcubine inferendorum vt exprimat veritatem donatorū vel cōmendatorū ei vel alij psone p ea. vt in autē. q. mo. na. effi. sui. ſ. vlt. ⁊ j. e. l. j. ¶Quid si impator indulserit rescriptū vt nō obstātib⁹ predictis legibus possint tales spurij succedere reducēs eos ad iura antiqua ⁊ naturalia de quibus. ē. diximus. puta q̄ possint succedere quia Justinianus sequētib⁹ imperatorib⁹ non potuit legē imponere ijs eis potuit iudicare. vt ē de le. ⁊ cō. l. digna vox. ⁊. ff. de arb. l. nā. Nec p tereūdū est q̄ quidā coitus erāt illiciti ⁊ dānati p. l. j. istius ti. qui hodie non sunt illiciti. Nā senatores seu perfectissimi vel diui iuris vel hi quos sacerdotij vel fenicarsie vel sinarcie or namēta decorāt nō pnt habere filios ex ancilla vel ancille filia vel liberta vel liberte filia vel scenica vel scenice filia vel ex tabernaria: vl ex tabernarie filia: vel humili: vel abiecta: vel leonis: vel arenarij filia: vel q̄ mercimonijs publice pfuit: siue filios habeāt ex eis tāq̄ exoxoribus: siue tāq̄ ex cōcubinis. Hodie aūt ex eis tanq̄ ex vxoribus pnt etiā prediti magnis dignitatibus suscipere filios: ⁊ cū eis ꝺhere matrimoniū: dūtn libere sint mulieres: ⁊ cum q̄b⁹ licet nuptias celebrare: ⁊ necessariū est vt dotalia instrumēta cōfiscanē ab illustrib⁹ reliqui vero citra eos ⁊ q̄ maioribus decorati sunt dignitatib⁹ solo affectu nuptias ꝺhūt cū liberis mulieribus q̄rū nō sunt nuptie interdicte. vt ī auk. vt li. ma. ⁊ anie. col. viij. ſ. cōstantini vo. In cōcubinatu ḡ q̄ illustris haberet cum p̄dictis humilibus feminis vel in ma. q̄ ꝺhere cum ancil
2 la nō corrigitur lex prima huius ti. ¶Superest vt videamus qui. mo. illi q̄ naturales tm̄ sunt ius legitimoꝝ adipiscanē. Et certe si naturalis pr̄ vel iter viuos: vel in vltima volūtate offerat naturales filios seruitio curie ciuitatis ex qua vel cuius vico ipse est oriundus: vel si ē de seniore vel noua roma si offerat eos seruitio curie cuius ius metropolitane ciuitatis cuiuscūq; puincie redigunt tales filij naturales, I ptāte sui parentis: vt insti. de nup. ſ. vlt. ⁊ pōt hos naturales eoꝝ pr̄ insolidū scribere vel nūcupare heredes. vt. j. e. l. iij. nisi habeat alios naturales filios ⁊ legitimos: tūc em̄ nō ī plus vel maiorē q̄titatē instituet naturales tantuꝫ q̄ instituerat naturales ⁊ legitimos: vt in auk. q. mo. na. effi. sui. ſ. ⁊ qm̄. ¶Succedūt ḡ isti naturales cū naturalib⁹ ⁊ legitimis si tm̄ naturales nati sunt ex libera. Nam si nati sunt ex ancilla et manumittantur postea tunc demuꝫ offeruntur cum nō supersunt legitimi: vt in auk. qui. mo. natu. effi. sui. ſ. siquis igitur fuerit. et ſ. ⁊ iste modus. et quod dictum est in filio oblato seruitio curie seruatur etiam si filiam suam naturalem quis copulauerit curiali ciuitatis de qua vel cuius vico ipse est oriundus: vel copulauerit eam curiali ciuitatis metropolitane si ipse ducat originem ex alterutra regalium ciuitatum: quid enim interest vtrū p filios vel p generos cōmoditatibus ciuitatum cōsulat: ⁊ vtrū nouos lex faciat curiales an foueat quos inuenit. vt. j. e. l. iij. Et in his oībus necessariū ē q̄ oblationi patris filij vel filie cōsentiāt: vel a principio: vel postea ratum habēdo. Nam si solueret ius ptātis inuitis filijs nō licet parētibus multo magis sub ptāte redigere inuitū filiū ⁊ nolētem siue p oblationem ad curiā: siue p instrumētorū celebrationē: siue p aliā quālibet machinationē tanq̄ sortē metuētem pr̄nam iustū nō est neq; ꝑpium iperij: neq; ꝑpiū legislatoris: ⁊ si plures sunt naturales: ⁊ q̄dā cōsentiūt alij non volētes tm̄ redigūtur ī ptātem: vt ī auk. q. mo. na. ef. sui. ſ. generaliter. ¶Et siquidē naturales filij a principio nō cōsenserint: ⁊ postea pr̄nam opū vel insolidū: vel ex parte repti fuerint possessores: lz eas alienanerūt oīno ad ꝺditionē in qua pr̄ noluit eos eē amplificatis opib⁹ etiā inuiti cogūtur accedere. vt. j. e. l. iij. ſ. ꝺ. Itē qđ dictū est in patre offerēte eos seruaē: ⁊ si ipsi naturales se metipsos offerūt: nisi legitima subsit, ples: tūc em̄ nō lz naturalib⁹ se offerre. vt ī auk. q. mona. ef. sui. ſ. ⁊ iste modus. licet pater eos cōferre potuisset: vt dictū ē. ¶Item ⁊ isti naturales
b liberi [b] etiā ab itestato succedunt patri naturali si legitimati sunt per oblationē curie facta: lz nō succedūt alijs cognatꝫ pr̄is: nec alij cognati pr̄is succedūt eis: vt ī auk. q. mo. na. ef.
3 sui. ſ. filiū vo per. ¶Itē legitimanē isti naturales si cū eoꝝ mre cōcubina pr̄ naturalis ꝺhat ma. dotalib⁹ instrumētis cōpositis ⁊ redigūtur in ptāte huius pr̄is nascātur vel nō nascantur postea alij liberi ex ꝓcubina vxore facta. vt insti. de nup. ſ. vlt. ⁊. j. e. l. cū qs. ⁊. l. nup. ⁊ hz locū hoc ius etiā si añ b ꝺsortiū cōcubine sit iste pr̄ legitimoꝝ filioꝝ ex alia ꝺiuge a q̄ sepatus sit legitime. Itē nō vr distinguēdū in naturalibus istis liberis nati sunt ex libera an ex ancilla cōcubinaria dūtaxāt ipse ⁊ liberos naturales manumittat ⁊ eorum mrem ⁊ cum ea ꝺhat ma. sic tm̄ dico non esse distinguendū si iste pater naturalis non habeat filios legitimos ex alia coniuge cuius solutum sit matri. Nam si haberet alios legitimos non legitima: ētur

a Alēd⁹. Vide ab. ī ꝺsi. l. vo. ti. ⁊ ī ꝺsi. exv. in. j. di. eo. vo. ⁊ Feli. in c. eccl'ia sctē Maria col. xv ad medium. de cōsti. ⁊ cor. late ī respōsione c. grandi. de sup plē. neg. pre.

b Liberi Amplia q̄ ēt filij natus ex ꝓcubina succedit pr̄i ⁊ matri. ita cō suluit so zi. in cō si. cxlviij. col. iij. v. pterea.

BIU Cujas

isti naturales nati ex ancilla post manumissiõ nẽ eoꝝ ⁊ manumissionẽ matris per subsequẽs ma. cum matre eoꝝ cõtractũ: sed nati post ma. essent legitimi: vt in auk. de trien. ⁊ se. ff. vlti. Quidã tñ dicũt eã auk. corrigi ꝑ aliã inferiorẽ auk. vt liberti decetero. ff. si quis aũt. Sed certe falsum est: qz illa loquit indistincte: ergo superioris autẽtice distinctio nõ est immutãda.

¶ Itẽ legitimãtur isti naturales demũ deficiẽte legitima ꝓle ex quibusdã aliꝭ causis: vt ecce si eoꝝ pater ꝓncipi offerat ꝓeces: vt sibi sint legitimi successores etiam sine matrimonio ⁊ ꝓnceps eius ꝓeces admittit sit mulier iam sit defuncta vel deliquit vel occultet: vel aliꝭ venire ꝓhibeatur vel quoquo modo impediat matrimoniũ: vt sacerdotio. vt in auk. quibus mo. na. effi. sui. ff. illud tamen. ¶ Idẽq; ⁊ si pater nõ supplicauerit ꝓncipi: sed in suo testamento dixerit se velle istos naturales sibi esse legitimos filios ⁊ successores: si tamen filij post mortẽ eius ostẽdãt patris testimõ: ⁊ supplicẽt ꝓncipi fiduciã dat ei lex in hoc vt fiat ꝓncipis ⁊ legis dono heredes eius: si tamẽ voluntatẽ patris amplectat: vt in predicto titu. ff. si vero is qui solũmodo. Itẽ ⁊ si talis pater neq; supplicauerit ꝓncipi: neq; in testõ declarauerit voluntatẽ suã: vt dictũ est. si tamẽ in instrumento publico vel ꝓpria manu eius cõscripto habenti subscriptionẽ triũ testiũ fidedignoꝝ: siue sub gestis monumentoꝝ dixit hos filios esse adiecerit naturales huius filij successores legitimi erunt: ⁊ si vni ex multis filijs testimoniũ quodlibet ex predictis modis prebuit ceteris ex eadem muliere natis a legitima iura sufficiet. vt in auk. vt li. ma. ⁊ auie. ff. ad hoc.

Adde in ista materia ex tu telavl' cura: licz sit deuoluta ad aliquẽ tñ a seipso nõ põt capere administratiõnẽ bonorũ. ita fozi. in consi. ccxiiij. col. ij. versi. prima pars.

De tutela testamentaria. 28

EXposuimus supra de cõtractibus. Nũc de quasi cõtractibus audiamus. Et qz inter quasi contractus dignioꝝ est tutela audiamus de tutelis. Vel aliter. Diximus. s. qualiter parẽtes necesse habeant ꝓuidere filijs in alimoniꝭs: ⁊ quia debet eis ꝓuidere in tutelis vel curatoribus dandis audiamus de tutoribus: ⁊ sic de tutelis. Et qz tutela alia testamentaria: alia legitima: alia datiua. ⁊ qz testamẽtaria dignioꝝ est ceteris: primo de testamentaria dicamus. ¶ Videamus ergo generalia omniũ tutelaꝝ: scilicet quid sit tutela. Et vnde dicatur. Et cui detur tutoꝝ. Postmodũ dicemus specialiter de testamẽtaria quis possit dari tutoꝝ in testamento ⁊ a quoꝝ in quavoluntate: ⁊ qualiter. ¶ Est autẽ tutela vis ⁊ potestas in capite libero ad tuendum eum qui ꝓpter etatem se defendere nequit iure ciuili data ac permissa. vt insti. de tute. ff. j. ⁊. ff. de tute. l. j. Ideo autẽ dicitur vis ⁊ potestas: qz est violenta potestas. Datur etiam inuito vel nõ petenti. vt. ff. de tute. l. ij. Et in hoc differt a cura: quia curator nõ datur nisi volenti siue debeat dari impuberi siue puberi. Distinguetur tamen in aliquo pubes ab impubere: nã puberi nõ dak nisi nõ volẽti pterq; ad litẽ. vt insti. de cura. ff. itẽ inuiti. Impuberi autẽ datur etiã ĩ litẽ ita demũ si impubes aliũ velit cõuenire. Si aũt impubes ab alio cõueniak nõ accipit quidẽ curatorẽ inuitus: sed tñ ꝓtor cogit eũ vt velit. vt. ff. de tutelis. l. ij. ff. si pupillus. Vel forte nõ cogit inuitus accipere hũc puta titiũ. ꝙ cogit aliquẽ noĩare quẽ accipiat. Itẽ ⁊ ideo dr in capite libero: qz tutor nõ põt dari seruo vel ei qui est in aliena potestate puta titio qui est in patris sui potestate datur eñ tñ ei qui sui iuris est. vt insti. de tutelis. in ꝓin. tĩ. In casu tñ etiã impuberi seruo datur tutor puta si questio sit impuberis libertate dabit eñ tutor ei qui de statu suo litigat. ⁊ ita demũ tenebit datio si liber est subaudi vsq; ad pubertatẽ. Nã vsq; ad finẽ cause tenet propter dubitationẽ etiã si liber nõ est. Sed sive re liber est teneret datio tutoris vsq; ad pubertatẽ. vt. ff. de tu. ⁊ cu. da. ab his. l. ei qui. ⁊ l. curatore. Posset etiã ad ꝑdictã cãm dari curator vt ille ea finita desinat esse tutor alioquin per maneret vsq; ad pubertatẽ si impubes esset liber. vt in predi. l. curatore. ⁊. j. qui da. tu. vel cu. l. j. Tutor autẽ certe rei vel cause nõ datur nisi aliquibus rebus deductis: ⁊ si datus fuerit tutio non tenet sed persone datur eius vniuersio patrimonio administrãdo. vt insti. e. ff. certe ꝛ rei. ⁊ de excusa. tu. ff. dat. ff. e. certarũ. ⁊ l. ſi. et l. qz. sed ⁊ cuidãvniuersitati totius patrimoniũ datur: vt rei affricane. vt. ff. e. si testõ tu. Item ⁊ vero seruo impuberi datur qñq; tutor ꝓpter spem libertatis oĩno ꝓstandã. nã si ei libertas ⁊ hereditas per fideicõmissum data est ⁊ heres institutus adire noluit dabit impuberi tutor qui eũ adire cogat ⁊ tutelã retineat quoad restituak hereditas. vt. ff. de tu. ⁊ cura. da. ab his. l. si impuberi. Itẽ ideo dicit ad tuendũ eũ qz tutoris ptãs nõ est impubere: vt impubes ei acõrat sicut filius patri acqrit vel seruus dño neq; est ĩ impubere vt impubes sit ĩ dñio tutoris sicut seruꝰ est in dñio dñi sed est hec tutio ⁊ potestas ꝓpter vtilitatẽ impuberis. Nã supiores due ptãtes dominoꝝ ⁊ patrũ inducte sunt ꝓpter vtilitatẽ patrũ ⁊ dñorum sicut de effectu patrie potestatis dicemꝰ. j. de pa. po. ⁊ effectu dominice dicetur. insti. de his qui sui vl alieni sunt. Item ideo dicit ꝓpter etatẽ: qz tutor dak masculo minori. xiiij. an. femine vo minori. xij. vt insti. qui. mo. tu. finitur. in ꝓin. ti. ¶ Dak nato sed nascituro nõ. vt. e. l. si nemo. ff. vl. Si aũt datus fuerit puberi tutor ipso iure non tenet datio. vt nec sit opus excusatione. nec ideo tenet quia non gerit. vt. ff. de tu. ⁊ cur. da. ab his. l. scie. Item quod dicit postea iure ciuili data referk ad datiuã tutelã vel ad legitimã melã q. d. insti. vl inducta qđ dicit ac permissa refert ad testamentariã: siquidẽ oĩs tutela aut est testamẽtaria aut legitima aut datiua et bene dico illa verba iure ciuili data ac ꝓmissa est sunt de diffinitione tutele: licet Pla. dixerit illaver ba notare diuisionem tutelarum quod verum est sed non fesiet de diffinitione quod verum

BIU Cujas

non puto. Dicitur autē tutela a tuendo: inde ⁊ tutores qui eam et vim et potestatem habent ꝗsi tuitores ⁊ defensores sicut editui dicūtur ꝗsi edes tuentur. vt. ff. de tutelis. l. j. ⁊ insti. de tutel. §. j. ¶ Datur ipuberi tutor. vt dictuꝫ est. etiā siue furiosus sit nec dabit ei curator vt furiosovt magis etati ꝑ demētie sempꝫ sit cōsulē dū. vt. ff. de tutelis. l. iij. ¶ Dat tutor certus nō incertus. Nā si duo sunt titij pater ⁊ filꝰ et datus est titius nec apparet de quo senserit testator nō deficit ius iꝫ ꝓbatio ergo neuter est tutor. vt. ff. e. duo. ⁊. l. tutor incertꝰ. Itē dat priuatus sed etiā ⁊ magistratꝰ. vt. ff. e. l. tutor icertus. §. j. paterfa. ⁊ filiusfa. vt. insti. eo. in prin. liber ⁊ nō seruus dabit tutor a iudice. vt. j. quidari tu. pos. l. in seruili. Si tñ dñs suꝰ suū sciens dederit in testamēto tutorē filijs impuberibꝰ directā libertatē vl ei dedisse ⁊ pure etiā si seruꝰ erat minor. xxv. an. iꝫ deide post. xxv. an. erit tutorª. vt. ff. e. l. quero. §. lucius. Si autez seruū tuū crederet alienū habere seruꝰ fideicōmissariā libertatē ⁊ postmodū esset tutor qz testator opinabat alienū esse seruū ⁊ itaverisimile est vt tanꝯ alienū voluerit manumitti et tutorem esse. vt. j. de fideicō. lib. l. ⁊ si non ascripta. sed si testator seruū suū crediderit esse liberū non tenet datio tutoris. Idem ⁊ si seruū alienū scit esse alienum quem dat tutorem putasset esse liberum. Si aūt seruū alienum scit esse alienū pure non pōt eum dare tutorē ī testamēto. sed ita cum liber erit prosprius autez seruꝰ inutiliter eo mō dat tutor nec tenebit datio. Si aūt seruū alienū testator credat esse suū habebit fideicōmissariā libertatē ⁊ tūc erit tutor. vt insti. eo. §. j. ⁊. ij. ⁊. ff. de fideicōmiss. lib. l. paulus. ⁊. ff. e. l. qro. §. verbis. ⁊. l. si hereditatis. §. seruus alienꝰ. ⁊. j. e. l. si pupillo. iꝫ legatū rei aliene quā testator putabat esse suaz nō teneat nisi relinquat cōiuncte psone. vt. j. de leg. a. Tutor. Vide ꝺd ꝑ hoc dicat Lud. ro. ī sing. suis ī suo singulari. cclij. ⁊ limita vt ꝑ Barb. xxxij. iiij col. ī. j. li.

1 ga. l. cū alienā. ¶ Dat tutor ille ꝙ nō est mutus vel surdus. tutor em̄ dz loqui ⁊ audire. vt. ff. de tutelis. l. j. §. pe. ⁊ vlt. ⁊. l. vlt. Minus aūt plene audiētes pñt esse tutores. vt. ff. de legit. tu. l. pe. §. vlt. ⁊. l. vlt. Item datur ꝙ compos mentis sue est. furiosus autem nō datur nec minor xxv. an. nisi ita detur cū cōpos erit mentis sue aut maior. xxv. an. vt insti. eo. §. furiosus. ⁊. ff.
2 e. l. si hereditas. §. si furiosus. ¶ Datur ille tutor cū ꝙ testamēti factio est. vt. ff. e. l. testamēto tutores. Dat tutor masculus ⁊ nō femina qz id munus masculoruꝫ est nisi a principe specialiter impetrauit mulier tutelam. Unde etiā pater matri cōium filioꝝ impubeꝝ in testamēto suo frustra demandat tutelā adeo vt etiā pretor tale iudiciū non debeat confirmare. vt. ff. de tutel. l. vlt. ⁊. ff. e. l. iure nō. Hodie tñ iure auc. confirmari pōt tutela matris si ea inter gesta nuptijs alijs et auxilio senatusconsulti renūciauerit. vt in autē. de here. ab intestato. §. ex his. Item datur tutor etiā ille ꝙ nō est ciuis eiusdē ciuitatis cuiꝰ est testator. vt. ff. e. l. quero. iꝫ ptē dere possit excusationē. vt. ff. de excu. tu. l. vlt.
3 §. vlt. ¶ Dare aūt pōt tutorē filijs impuberibꝰ pater qui non habet eos in ptāte nō mater nō patronus si tamē mater dederit filio īpuberi quē instituit heredē tutorem causa cognita fiat cōfirmatio ꝗsi ī rē suā potiusꝯ in psona videatur tutorē dedisse. vt. ff. e. l. pē. ⁊. l. ꝙ tutelā. §. vlt. Tenet aūt datio pris etiā si dederit filio exheredato. Itē tz si dederit filio posthumo: iꝫ ita demū si nascat posthumꝰ. de eo aūt qō gesfit tutor anteꝯ nascatur posthumus tenet vtili actione neg. ge. vt. ff. eo. l. pater. ⁊. l. si nemo. §. vlt. Dare potest pater tutorem filijs et filiabus ⁊ dādo filijs videt dedisse filiabꝰ tā natis ꝯ nascituris iꝫ nō ecōuerso qz in masculino cōtinetur femininū sed nō econuerso. Si autem dederit ꝗs morte posthumus videtur dedisse tam filijs posthumis ꝯ ceteris liberis sez ne-
4 potibus nascituris. ¶ Nati aūt liberi nō continētur posthumoꝝ appella. Itē liberoꝝ appel. cōtinent nepotes sed appel. filioꝝ non continuent nepotes ex interpretatione legis et vsu vulgari que prenualent significationi noīs ⁊ derivationi. videt em̄ filius a filos qō est amor. ⁊ qz nepotes sunt amor aui quo dulciozivocabulo possunt nominari sed tamē ꝙsuetudo loquētium et legis interpretatio sunt cōtraria. et ꝓ bant hec insti. e. §. vlt. ⁊. ff. e. l. siquis filiabus. ⁊ l. qd si. ⁊. l. siqs ita. ⁊ de ver. si. l. nomē filiaꝝ. ⁊. l. liberoꝝ. ⁊ de lega. ij. l. si ita scripsit. Illud certū est ꝙ nemo se potest dare tutorem nō ergo tutor erit qui se tutorē ascripsit. Iudex tamē potest eum dare tutorem si idoneus esse approbetur vt ex decreto non ex testamento sit tutor vel si impubes alios habeat tutores hunc adiūget curatorē nec ipe poterit se excusare quia cōsensisse vl voluntati testatoris. ¶ Item remouet non vt suspectꝰ ꝓpter scripturā suā. vt. ff. e. l. ex sentētia. ⁊ ad. l. cor. ꝺ fal. l. vltī. §. j. ¶ Tenet datio tutoris in psonis filioꝝ quos testator sciebat se habere non in personis eoruꝫ quos credebat decessisse vel natos non esse qz de eis non consensit: licet nomen filioꝝ eos admittit. vt. ff. eo. l. siqs ita. §. siquis est. ¶ Nepotibus autē suis ex filijs natis quos habet in potestate sua dabit auus ita demum tutorem si non sunt recasuri in ptātē sui pris quod acciderit si pater eoꝝ vinit et nō exiuit de potestate sui pris. vt. ff. e. l. j. ⁊ insti. de tutelis. §. pmissum. Filijs aūt emācipatis vel nepotibus emācipatis parēs nō pōt dare tutorē si tñ dederit cōfirmat datio oīmodo. i. sine inq̄sitione nisi causa ꝓpter quā videbatur esse datus ī eo mutata sit: vt ex amico inimicꝰ: vel si ex diuite paupior sit factus. vt. ff. e. l. pē. ⁊ insti. de tutelis.
5 §. vlt. ¶ Dari pōt tutor ī testamēto pure et in diem et sub cōdi. vt insti. e. §. ad certum tēpus. ⁊. ff. eo. l. tutor datus. §. tutorem. ⁊. l. siqs sub. Si autē plures conditiones apponant̄ siquidem copulatiue oēs implende sunt: si alternatiue satis est vnam impleri. Si vero ponantur dissolute vel in diuersis partibus testamenti nouissime parendum. vt. ff. e. l. tutor datus. §. vlt. ⁊. l. si hereditas. §. j. sic aūt dari non potest tutor illi aut illis filijs meis vtri eorum vellet

BIU Cujas

titius tutor esto. quid enī si titius constituere nollit vtri filiorū tutorē eē velit. sic aūt dari potest q̄s: vt sit tutor si velit. vt. ff. e. tutor ita recte. ¶Dari pōt vel in testamēto solēni: vel in codicillis[a] testamēto confirmatis ⁊ semp videnť esse testamēto cōfirmati hodie si testamētū pcedatvel sequať codicillos. vt. ff. e. l. iij. ⁊ ista. de codicillis. Si ergo ab intestatio quis faciat codicillos ipo iure nō tenet datio: q̄ nō pnt dici testamēto confirmati. Itē siquidē dati sunt tutores ī testamēto ⁊ alij dati sunt ī codicillis oēs erūt tutores: nisi posteriorē dando porē reuocauerit testator. vt. j. e. l. ⁊ si a pte. ⁊. ff. eo. l. iul. ¶Et incipit tenere datio tutoris ab adita hereditate saltē ab vno herede adita heditate. si vero nemo adierit hereditatem nihil valet: ex his q̄ testamēto scripta sunt. vt. ff. e. l. si nemo.

a Codicillis. Et tutor an et qñ possit dari ī codicill'. vide sozi. ī. ij. col. v. ij. rñdeo. et an tutor q̄ datus fuit ī testō: an si datur alius in codicillis cēseať revocaťur. vide sozi. in. d. ij. col. v. j. q̄. et ver. ij. respōdeo.

¶De confirmādo tutorē vel curatorē. 29

Quoniaz in testamento sepe cōtingit tutorem inutiliter dari ⁊ ideo opus est confirmatione. Idcirco ponit de cōfirmādo tutorē. Sciēdū est igit datiōnē inutilē esse qñq̄z ꝓpter psonā datis ī testamento: vt pupillū ī ptāte nō habeat: qñq̄ ꝓpter psonā ei⁹ cui datur: vt si deť puberi tanq̄ ipuberi: qñq̄z ppť solēnitatē nō adhibitā: puta si nō in testamēto vel ī codicillis testamēto cōfirmatis. al's detur tutor. vt. ff. e. l. vt neq̄. ¶In primo mō distinguevtrū fuerit pr̄ q̄ nō habebat ī potestate: an mater: an extraneus. Si pater debet oīno cōfirmari. i. sine inquisitione: vt ĩsti. de tutelis. ſ. vlť. nec em̄ satisdabit rem pupilli saluā fore: q̄ sufficit ei paternū testimonium pro satisdatione. vt. s̄. de epi. au. l. de creationib⁹. ſ. j. ⁊. ff. e. l. ij. sed nec inquireť. Sit locuples an nō. Et vtrū sit fidelis: an' non: q̄; fides eius est approbata a testatore: vt ĩsti. de satisda. tu. ſ. sed hoc. nō ē hoc nisi noua causa supueniat. vt. ff. de testa. tu. l. pater. tūc em̄ nō; vr̄ durasse pr̄s voluntas vel nisi vetus causa absconditā ⁊ latēs detegať: vt q̄ male moz̄igeratus erat vel pauper factus q̄ nesciebat testator. Nā in his oībus sequiť ꝓtor vtilitatē pupillor̄ nō scripturā testamēti vl' codicillorū. vt. ff. e. l. ī cōfirmādo. ⁊. l. vtilitatē. Qđ aūt dixi oīmodo quidā sic itellexerūt: vt ēt si legitim⁹ tutor supesset: ⁊ vellet ad tutelā admitti: tñ eo excluso ꝓfirmeť min⁹ legitime datus in testamēto eo q̄ dicūt confirmatū dici tutorē testamētariū. ego puto testamētariū tutorē nō posse dici eū q̄ est cōfirmatus: sed potius datiuū. ar. ff. de ver. sig. l. lege. Et illud ꝯ quod solet allegari de sīla per ap. rescissa: ⁊ per sīlaz confirmata. vt. ff. de his qui no. infa. l. furti. ⁊ qđ ōr de primo testamēto cōfirmato ī scdo. vt ĩsti. q̄. mo. testa. tollir. ſ. posteriore. ficq̄z puto legitimū vel oīno preferendū. Vide. d. alexā. in ꝓsi. cxiiij. i. j.

b Prefer

c se non tenet causa tñ cognita. i. cū inquisitione. vt. j. eo. l. j. ⁊. s̄. ti. proxi. l. mater. Et remittur satisdatio. vt. ff. e. l. j. Et est hoc bene notandum: q̄ cōfirmatio non fit sine inquisitione: licet alias a iudice: et sine inquisitione: ⁊ cum inquisitione possit dari: vt insti. de satisda. tu. ſ. item. nisi dicas: vt. B. solitus erat dicere ex te nore. grece constitutionis hoc emendatum ere insti. de attiliano tu. ſ. nos autem. Si vero mater non instituit eos heredes non habet necesse pretor tutores ab ea desiguatos confirmare: consueuerūt tñ cōfirmari. Et si viderit pretor expedire pupillo poterit cōfirmare tutores. vt. j. e. l. mr̄. si aūt ex̄neus det tutorē mercēdatio: nec ꝓfirmať: nisi pupillū instituit heredē ex̄n eus: tūc em̄ si extra ea bona nil habeat pupillus non maledicetur iudiciū eius sequēdū: q̄ et personā eius que tutorem esse voluit nouerit ⁊ impuberem ita dilexit vt eū heredē instituer et. vt. ff. e. l. si patronus. a forte non remittiť satisdatio. vt. ff. e. tutores.

¶De legitima tutela. 30

Quoniā deficiente tutela testamentaria succedit ea q̄ dr legitima: ea igit videam⁹ q̄bus defer d deferať: ⁊ qñ: ⁊ qđ sit ei⁹ officiū. n. ī

7 d ¶Sciendū ē itaq̄z deferť ea ex verbis ⁊ sīla. l. xij. tab. agnatis. Sūt aūt quidā agnati q̄ p virilis sexus psonas cognatiōe iungunť. Sūt enī quidā qui sunt q̄si a pre cognati veluti frater codē patre natus fratris filius nepos ve ex eo. Item patruus ⁊ patrui filius nepos ve ex eo: atq̄ de ceteris per feminini sexus psonas iungunť cognati. q̄ quidē cognati quidē sunt. ne nō sunt agnati. ſz al's naturali rōne cognati. ¶Itaq̄z amite tue filij nō est tibi agnatus per mulierē sed cognatus: ⁊ inuicē tu illi eodē iure cōiungeris: q̄ q̄ nascūtur pr̄s ⁊ nō mr̄is familiā. i. col. ij. agnatiuā cognationē sequūtur: vt insti. e. l. j. cōferñso. ⁊. ſ. j. ⁊. ff. e. l. si vir. Jō aūt nō deferebať tutela cognatis: q̄ nec succedebant. vt. j. eo. l. ad auūculos. Illud q̄ri posset. An oli cognati vocarenť ad tutelā deficientibus agnatis: cū ad successionē p pretorē eis deficiētibus admitte

BIU Cujas

rentur:vt.ff.quis ordo in bo.pos.l.j.hodie vero cõstat agnatos ⁊ cognatos simul vocari ad tutelã ⁊ ad successionẽ. vt in auẽ.de hered.ab in testa.ſ.ex his. ⁊ siquidẽ sunt eiusdem gradus oẽs pariter vocanẽ. si vero nõ sunt eiusdẽ gradus deferẽ tutela ꝓximioribus tm̃. vt.ff.e.l.si plures.⁊.l.si reliquero.⁊ insti.de capi.di.ſ.vlẽ. vnde ⁊ patre demũ mortuo filij vocãtur ad tutelã agnatoꝝ patris. vt. ff.fa. her. si maritus. Jdẽq; patre capite minuto:nõ em̃ dico excusato eovel remoto:q; tũc succederet datiua tutela:vt iam dicam in filio patroni ⁊ nepote. ¶Ex sentẽtia aũt.l.xij.ta.tm̃ defertur tutela patronis ⁊ parẽtibus emãcipãtibus filios impuberes. Nec em̃ ea.l.aliquid notatim cauẽ de hac tutela: sed iuris prudentes interpretati sunt tutelã deferri patronis ac si verbis.l.esset introducta: ideo q; succedũt libertis ab intestato. Illã ⁊ agnati ideo sunt tutores:q; succedũt ab intestato: plerũq; em̃ vbi ⁊ successionis est emolumentũ ibi ⁊ tutele onus esse debet. plerũq; ideo dixi: q; si a femina impubes manumittat ipa ab hereditate vocaẽ cũ alius est tutor. Jdẽq; ⁊ ĩ minore.xxv.an. patrono vel agnato.vt insti.de le.pa.tu. ⁊.j.e.l.vlẽ.⁊.ff.e.l.j.⁊.ij.j.rñso. ¶Patronũ accipe si manumittit spõte: vel ex causa fideicõmissi: vel q; emit ea lege vt manumitteret. Jdemq; ⁊ si manumittit:sed ex cõstitutione puenit ad libertatẽ.secus vo si here res rogatus nõ manumittat: ⁊ ex textu sena natusco.peruenit ad libertatẽ. Si aũt duo manumiserint omnes sunt tutores si vn⁹ coꝝ deceserit:vel ab hostibus sit captus:vel in seruitutẽ hois redactus cũ patronus erit tutor nõ fili⁹ patroni decedentis: ⁊ si ambo decesserint patroni deferẽ tutela liberis eoꝝ: si tñ vn⁹ reliquerit filiũ alter nepotẽ soli filio deferẽ tutela nõ ad nepotẽ: ⁊ sicut etiã deferẽ hereditas: ⁊ est hoc adeo verũ: vt etiã filio patroni remoto vel excusato a tutela nepoti ex alio nõ deferaẽ. Idcirco em̃ abijt a tutela vt ali⁹ in locũ ei⁹ deẽ nõ vt successio amittaẽ: sec⁹ si fili⁹ patroni decessisset vel capitis diminutionẽ maximã vel mediã esset passus:tũc em̃ sequẽs ꝓximior succederet in tutelã qđ̃gñale est in qualibet legitima tutela: idẽq; est in testamẽtaria. vt.ff.e.l. tutela. vsq; ad vlẽ.ſ.legis. ⁊ de testa.tu.l.si qs sub. Patre aũt mortuo qui emãcipauit filium impuberẽ filij ei⁹ maiores.xxv.an.ſ.frẽs impuberis emãcipati filij fiduciarij sunt tutores sui fratris. vt insti. de fidu.tu. Et quare nõ sunt legitimi sicut ⁊ fili⁹ patroni est legitimus tutor liberti paterni rescribere vẽ lex predicta: q; si seruus nõ esset manumissus eodẽ iure erat futurus seruus penes filiũ dñi iure hereditario quo fuerat futur⁹ penes dñm. Si ergo sit manumissus seru⁹ eodẽ iure debet esse liberatus penes filiũ patroni: q; est heres sui prĩs: sicut erat ergo pẽ legitimus tutor:ita debet eẽ iste: sed predictus filius impubes mortuo pre suo non erat recasurus in potestatem suoꝝ fratrũ etiã si a patre nõ esset emancipatus:si ergo est emancipatus nõ debet recidere in eorũ tutelã legitimã lz parẽs eoꝝ legitim⁹ fuerit tutor. Aĩ instabit aliquis hec ratio nõ valet. pone em̃ q; pater emancipauit nepotẽ ipuberẽ ex filio hic emãcipatus mortuo auo erit in fiduciaria tutela sui patris. ⁊ tñ certũ est q; si emãcipat⁹ non esset recasurus erat in potestatẽ sui patris.vt insti.de fidu.tu.in prin.⁊ de tutelis.ſ.vlti. vel pe. Sed respõdeo si nepos non esset emãcipatus non erat recasurus in potestate sui patris iure hereditario.i.quia hic pater extiterit heres suo patri immo iure paternitatis filiationis:sicut ergo ex persona sui patris nõ erat habiturus impuberes in potestate sua ita ex persona sui patris mortui qui fuerat legitim⁹ tutor non debet habere sui filij impuberis legitimã tutelam. Potest ⁊ alia ratio notarí quare predicta tutela dicatur fiduciaria ⁊ nõ legitima:quia emãcipatione impuberis facta expirabit ius agnationis inter fratres.vt insti.eo. ſ.vl.⁊.ff.de inoffi.testa.l.fratres.⁊ inter patrẽ ⁊ filium nisi emanciparet contracta fiducia lz hodie durat ius agnationis inter fratres ⁊ patrem ⁊ filiũ lz minima capitis diminutio interueniat.vt.j.e.l.iiij.⁊ insti.de leg.agna.suc.ſ.vl. Hodie ergo hoc nomine fiduciaria ex sufflato diceretur legitima tutella tm̃ in predictis personis.vt.j.de excep.l.aduersus. Deferẽ autem hec tutela tunc demũ quando decessit parens intestatus: quod ita accipe siue nullũ oĩno fecerit testamentum siue fecerit sed non euanuerit in eo tamẽ nihil continebatur de tutela.vt ff.e.l.intestato.⁊.j.e.l.quod autẽ. Item defertur agnatis ita demũ si capitis diminutio maxima vel media nõ interuenerit.vt.ff.e.l.legitimos.ſ.vl.⁊.j.e.ſ.vl. Itẽ est si minima nisi iter fratres et parẽtes ⁊ liberos.vt dictũ est. Item deferẽ ꝓximo agnato nisi ꝓximior nasci spere tur.vt.ff.e.l.j.ſ.si apud. Sũt ⁊ alie cões rõnes q̃ repellunt aliquẽ a tutela ⁊ ille locũ habẽt et 1
in ista tutela legi.vt.ff.e l.pe.ſ.vl.⁊.l.vl. ¶Est autẽ legitimi tutoris officiũ in administrando sicut ⁊ ceteroꝝ tutorũ cum sciat se ꝓximiorem agnatũ.nã ipso iure tutor se nõ per datione hois ⁊ habet necesse satisdare rem pupilli saluam fore lz sit patronus vel de liberis patroni eã tm̃ cognita vt si honesta sit persona remittatur eis satisdatio ⁊ maxime si substãtia pupilli sit modica. Si aũt persona patroni sit vulgaris vel min⁹ honesta satisdari debebit ⁊ sic modus tutele aut persona aut causa admittet satisdationẽ. vt.ff.eo.l.legitimos.

¶Qui petant tutores vel curatores. 31

2 DE tutela testamẽtaria ⁊ legitima dictum est: sequitur videre de datiua:lz qꝝ datione tutoris a iudice interponendã precedit petitio tutoris.primo quidẽ videamus de his qui petãt tutores. Sciẽdũ est igiẽ q; quidã petũt ex necessitate vt;oẽs lz ipuberi pñt succedere ẽt mai ipuberis. Illã si isti spõte nõ coacti nõ petierit ipuberis,tutores idoneos vl̃ prioribꝰ excusatis si-

BIU Cujas

ne reiectis tutoribꝫ non cōfestim aliorum noīa ediderint: ius non habent vendicādorū bonorum impuberis ex testamento puta pupillari substitutiōe vel fideicōmissaria vel ab intestato. si moriat in pupillari etate: olim tñ non repellebant si ex testamēto vēdicarēt. secus si ab intestato. Et cōfestim est petitio tutoris faciēda. i. vbi primū potuit quis hoc est pretoris habuit copiā huic rei sedētis. nisi forte infirmitate quis impediat: vel alia magna causa q etiā mādare impediret eū ad petēdos tutores ita tñ vt nullo mō annale tps excedat ad petēdos tutores: si em̄ mortalitate impuberis ds impediatur nihil imputabit ei. Item nec pōt eis imputari si non petierūt tutorē impuberi qr ipse egenus erat. vt. ff. ad tertul. l. ij. §. ꝺ si pater.

a Cā. Et an abns ex iusta cā excusetur: qr non petijt tutorem: z tutoz negligēs in petendo an et qñ teneatur pupilli. vide sozi. in consi. cliij. col. pe. ver. ij. absentia z ver. iij. quia. cuz ver se.

¶Item nec iputat eis si tutorē petitū non accusauerūt suspectū: imputat tñ eis si petierunt sciēter tutoꝛes minus habilē: idone⁹ em̄ debet esse tutor moꝛib⁹ z facultatib⁹ si tñ sit idoneus facultatibus tm̄ excusant q petierūt. Item ops eos q petierūt tutores eos cōpellere ad agendum. z qō dixi in tutoꝛib⁹ z curatoꝛibus impuberum est intelligendū vel furiosum vel vētris. Et imponit predicta pena his q proximi sunt impuberi in succedēdo sequētes em̄ fisco repulso succedunt. vt. ff. ad tertul. l. ij. §. si mater: vsq; ad illū. §. tractari. z. §. vl. z de legi. her e. l. sciāt. et. j. ad tertul. l. matres. z. l. oēm. z. ff. eo. l. j. z. l. diuus. z. l. vlti. j. rūso. §. vl. z. §. pe. z. j. e. l. mfes. et. l. cum matribus. ¶Nec excusat mater a predicta pena: qr non est legitima mater. vel ideo quia dicit se errasse in iure. vt. j. e. l. vl. z multo minus excusabunt agnati vel cognati impuberis. Est em̄ hic error in iure naturali vel quasi naturali. z ideo est puniēdus vt dicit in liberto temere vocante patronū in ius. vt. §. de in ius vo. l. venia. Item nō excusat, mater ideo qr pater impuberis ꝓhibuerit eam petere: volēs eam administrare. debet em̄ vel petere vel administrare legitime tutelā. Item liberti impuberis ex necessitate petunt ei tutores ipsi em̄ de hoc accusati puniūtur vt emendētur si apparuerit vel ꝓpter negligentiā vel ꝓpter malitiā non petijsse tutores. vt. ff. eo. l. greca. §. si minores. Item z ex necessitate petūt sibi curatores adolescētes in lite. vt. j. eo. l. j. z insti. de cura. §. in uiti. Item z impuberes in omni negocio ꝓterq; in lite: nisi forte sit lis agēda cum tutoꝛe. vt. ff. de tutel. l. q habet. §. si pupillus. z. §. idē. Item sunt alij q petunt ex volūtate. vt cognati et affines et familiares parentū z amici eorū z educatores iporū puerorū. vt. ff. e. l. greca. §. si minores.

¶Ubi petātur tutores vel curatores. 22

4 

In eo loco petēdi sunt tutores vel curatores minoribꝫ vñ ipsi ducūt originē vel ex ꝑsona sua vel ex persona patris vel si vulgo ꝺcepti essent ex persona matris. Item in eo loco vbi sunt eorum facultates. Si ergo alibi sunt vel moꝛantur nō dico iure domicilij restituēdi sunt vel redire debēt in alterū ꝑdictoꝝ locoꝝ. vt magistratus eorum locoꝝ his minoꝛibus q primū legitimos defensoꝛes ꝺstituāt. vt. j. e. l. j. z. j. de municip. l. j. ¶Quid si isti minoꝛes non ibi vñ ducunt originē vel vbi sunt eorū facultates sed alibi cōstituerint domicilū suum nunq; magistratus domicilij rōne debit eis tutoꝛes sicut et apud eum de iure possent cōtrauenire q statis dici pōt. Vel dic q licet ꝓtū ad alia sortiatur forū domicilij rōne non tñ ꝓtum ad tutele dationē. vt. ff. de tu. z cu. da. ab his. l. pupillo. 65 primū veri⁹ est. vt ꝓbatur. ff. de tu. z cu. l. j. §. qd. clarissimarum personarum.

5 

Minoꝛes. xxv. an. 33

si fuerint illustres vel clarissimi. Nō me accipiunt tutoꝛes vel curatoꝛes per decretū quadaz adhibita solēnitate prefectus em̄ vrbis adhibitis. x. senatoꝛib⁹ et pretoꝛe tutoꝛes vel curatoꝛes cuiuslibet ordinis idoneos faciat repꝛesentari vel vnū tñ tutoꝛem vel plures si singuli nō videant esse sufficientes z vni eoꝝ quē cetus ille dignissimū dicauerit ꝓfectus vrbis cōmittēdā administrationem ꝓnunciabit pretoꝛ vero decernet vel dabit administrationē. vt in auc. vt hi qui ordi. res mi. §. vl. ꝓstita satisdatiōe rem pupilli saluam fore. nec tenet iste cetus vel alijs eoꝝ subsidiaria actiōe in factū quasi non idoneū dederit tutorē vel non idoneā acceperit satisdationem: verisile est em̄ q ex deliberatiōe tam prudentium virorū iusta defensio paruulis adultisq; ꝓueniat. Et cōstituunt isti dati ui tutores vel cura. ita demū si deficiāt testamētarij vel legitimi. Si autē minoꝛes illustres vel clarissimi sunt in ꝓximis magꝝ eoꝝ curiales i noīa dis tutoꝛib⁹ vl curatoꝛib⁹ debēt exhibere debitā cautionē z tenent subsidiaria actione i facti z minoꝛib⁹ est obligata eoꝝ suba. vt. j. e. l. j. ¶

¶Qui dare tutoꝛes vel curatoꝛes: z qui dari possint vel non. 34

6 

Cum dictū sit de legitima tutela z etiā de petitiōe detiue z de datiua in specie quasi de tutela illustriū personaꝝ: sequit vt generaliter de tutela datiua videam⁹. i. de tutoꝛibus per iudices cōstituendis. Tm̄ videndum est a nobis qui iudices possint dare tutoꝛes: z cōsecutiue videbimus quibus possint dari tutoꝛes: z postea sequētis rubrice tenebimus cemus q iudices non possint dare tutoꝛes. Item qualiter fiat datio. Est autem sciendum q me prefectus vrbis z pretoꝛ ꝓ in iurisdictione suam dant tutoꝛes in prouincijs aut ꝓsides ex inquisitione facultatū z moꝛum creant tutoꝛes z curatoꝛes si magne sunt pupillou facultates: nec possunt presides alij demādare ꝓtestatem istam quia pertinet ad meri imperij et ad iurisditionē z sic mixti imperij censentur nec em̄ est imperij tm̄ nec iurisditionis tm̄

BIU Cujas

vt insti.de attil.tu.ℱ.sed hoc.ꝛ.ff.e.l. nec mandante.ꝛ.ff.de tutel.l.muto.ℱ.tutoris.ꝛ vt diximus.s̄.de iurisdi.om.iudi.Si aūt pupilli facultates nō sunt magne pōt p̄ses ꝓuincie hanc ptātem dandi tutores cōmittere magistratui municipali. vt.ff.e.l.ius dandi. nō cuilibet p̄uate p̄sone ꝛ sine cōmissione p̄sidis defensor ciuitatis vel alia publica p̄sona.i.magistratus vna cum p̄side eiusdē ciuitatis tutores vl̄ curatores possint creare p̄stita satisdatione rem pupilli salua fore a tutore periculo.s.eoꝝ q̄ eā accipiunt.vt insti.de attillia.tu.ℱ.pe.Possint em̄ inueniri subsidiaria actiōe in factū.vt insti. de satisda.tu.ℱ.sciendū. Itē legatus ꝓcōsulis tutorē dare pōt.vt.ff.de offi.procō.l.vlti.ꝛ.ff.e. l.j. Itē dāt tutores vel curatores ille qui p̄sidet defuncto vel etiā absente inuicē eius substi tuitur:cū em̄ merū imperiū possit demādari si contingat p̄sidē abesse:ergo ꝛ hoc multomagis.vt.s̄.de offi.eius qui vi.ali.iu.ob.l.ij.ꝛ.ff.de offi.eius cui mā.est iur.l.j. Itē puto in his oībus priuatis q̄ nō habēt administrationē publicā:sed impetrauerūt a principe priuilegiuꝫ vt tutores vel curatores volētibus ꝛ nolētibꝫ possint dare. Valet em̄ tale priuilegiū cū cōtineat honoris cōcessionē:ꝛ nulli⁹ lesionē. vt. s̄. de p̄ci.impa.of.l.scripta.ꝛ.j.de ꝓpositis sacri. cu.l.vlti. Item decuriones vbi absunt hi qui tutores dare possint.ℱ.p̄sides ꝓuinciarum ꝛ magistratus municipales.vt diximus.dare debent tutores dūmō pars maior conueniat:vbi nō est dubiū q̄nuis ex se dare possint.vt.ff.e.l. vbi. Dāt aūt oēs isti tutores ita si ꝓpotes sint sue mentis.Iꝫ em̄ furiosus vel demēs retineat dignitatē non tm̄ exequit onera dignitatis.vt
1 ff.e.l.nec mandāte.ℱ.si pretor. Pōt aūt quis dare tutorē vel curatorē ei qui est de iurisditione sua.vt diximus.s̄.vbi petātur tutores.ꝛ dr ff.e.l.j.ℱ.q̄ autē.ꝛ.j.e.l.neq̄. Itē dare pōt aliq̄s tutorem p̄senti ꝛ absenti . Itē ignorāti ꝛ inuito.vt.ff.e.l.illud.ꝛ.l.necnon. Itē dat aliquis tutorē ei qui est ipubes.Sed si detur tutor puberi ipso iure datio nō tenet.vt.ff.e.l.scie.Itē pōt quis dare tutorē ei qui nō habet tutorem.
a nā habēti tutorē si tutor detur ipo iure nulla[a] est datio.nam quoquo mō in petitione tutoris si erratū fuerit in facti causa nō valet datio.vt ff.e.l.tutor.ꝛ.j.eo.l.si sororis.nisi in casibus.vt dicemus.j.ex qui.cau.tu.ha.Curatorē autē q̄s pōt dare etiā pupillis.ꝛ ex quacūq̄ cā detur dr perseuerare in die pubertatis in eadem cura. Ergo post pubertatē sibi aliū curatorem debēt petere adultus.vt.ff.e.l.curatorem. Secus puto si curator detur ad causam. tunc em̄ ea finita curator desinit esse.vt insti.de auc.tu. ℱ.vl. Aliud est em̄ dari curatorē simpliciter ex aliqua cā.i.propter aliquam cām incidentem. Aliud dari ip̄m ad certā cām.vt.j.e.l.in vniuersis.ꝛ valz datio ista curatoris in p̄sona ipuberis ita si nō hz tutorē. Sed si habeat curatorē non est ipedimēto regula iuris quomin⁹ dēt alius curator.vt.ff.e.l.curator pupillo.ꝛ.l. curatorē habēti.cā tm̄ cognita.vt.j.e.l.curatorē. Itē dātur curatores adolescētibus ꝛ ab eis q̄ dantur tutores.vt insti.de cura.in p̄in.ti. Itē dant furiosis ꝛ demētibus.vt plane dicemus.j.de cura.furi. Liberis tm̄ p̄sonis dantur tam curatores q̄ tutores.nisi in casibus.puta cū dubitat de statu minoris vel cū certum est ei libertatē p̄standū.vt.j.e.l.j.ꝛ.ff.e.l.si impuberi.ꝛ.l.ei qui.ꝛ vt diximus.s̄.de testa.tu. Itē dari possūt omni die.vt ff.e.l.nec mādante.ℱ. dari etiā feriata.vt.ff.de feriis.l.ij. De his q̄ tutores dari nō possunt satis diximus.s̄.de testamētaria tute. Nā quicūq̄ impedit esse tutor testamētarius p̄ter clericos ꝛ p̄ter matrē ipuberis. vt.j.dicā.ꝛ diximus.s̄.de te.tu.nec pōt esse datiuus tutor vel curator:sed nō ecōtra. Ecce em̄ seruꝰ a iudice nō possunt dari tutores vel curatores.vt.j.e.l.in seruili.sed tm̄ dari pōt in testa
2 mēto tuto.vt insti.qui dari tu.pos.ℱ.j. Item nō pōt a iudice dari tutor vel curator q̄ nō est de iurisditione ei⁹ nisi qm̄ iudex nō habet in ciuitate sua idoneū.tunc em̄ pōt inquirere bonestissimū quēq̄ ex vicinis ciuitatibus ꝛ eū dare poterit.si iste q̄ inquirit sit p̄ses prouincie. Si aūt sit magistratus municipalis vel defensor ciuitat⁊ dz noīe iuestigatoꝝ tutoꝝ vl̄ curatoꝝ mittere sue p̄sidi ꝓuincie nō debet sibi vendicare arbitriū dandi tutores.vt.ff.e.l.ius dādi in fi.ꝛ.l.diuus martinus.ꝛ de tutelis.l.nō etiaꝫ. In testamēto aūt quēlibet quis tutorem dare pōt etiā p̄torē vel cōsulē.vt.ff.de testa.tu.l.tu
b tor incertus.ℱ.quēlibet. Itē mater[b] nec olim nec hodie poterat dari tutrix in testamēto a iudice tm̄ pōt dari.vt dicemus.j.ti.pri. Item creditor vel debitor minoris eius tutor vel curator a iudice constitui nō pōt.sed in testamento puto ℨtium q̄ eius fides est approbata a testatore.ꝛ ideo suspitio fraudis est amota.vt.s̄.de epi.audi.de creatiōibus.et insti.de satisda.tu. ꝛ in aūt.vt hi qui obli.res mi.ℱ.j.col.vj. Miles autem in armata militia ex testamento vl̄ ab intestato vel per iudicem tutor vel curator esse nō potest.vt.j.eo.l.militie. Itē nec maritꝰ vxoris sue potest esse curator.vt.j.e.l.ij. Itez nullus cecus. Itez nec patrimonialis colonus. vt.j.e.l.ij.ꝛ.l.vlt.Itē nullus monachus ꝛ nullus epꝰ.Clerici autez iure cognationis subire possunt tutelam.vt diximus.s̄.de epi.ꝛ cle.Fit datio tutoris vl̄ curatoris a iudice pure vl̄ sim pliciter nō in die vel sub cōditione.Est em̄ hic actus legitimus talis:vt nō recipiat diem vel conditionē expressam.vt.ff.de reg.iur.l.actus. Si ergo expressim apponat dies vl̄ ꝺditio ipo iure nulla est tutoris datio licet alꝫ data sentētia sub conditione teneat.vt.ff.quando ap.l.j. ℱ.biduum. Hanc aūt adiectionez quā p̄sides faciunt tutore dando si satisfecerit nō videtur in se cōditionē habere sed admonitionē nō aliter ei tutelam cōmitti q̄ si satisfecerit hoc est nō aliter ei gerere permittendum q̄ si rem pupilli saluam fore cauerit.vt.ff.de tutelis.l.muto.ℱ.j.tacite autem inest dies : vt si pēdente cōditione testamentarij tutoris vel nondum adueniente die iudex impuberi det tutorem qui

b Bal. Vide. d. Frāc.cu. in consi. xlvj.inci pi.super ꝛtrouer sia.

a Nulla. Vide so zi.i cōsi. exciij. colū.ij. vsi. circa secūdam.ꝛ tutor an ꝛ qn̄ dek habenti tutorem vid pulchre ꝑ so zi.i cōsi. xx. colū. iij.v.vez lz ibi ex qua oliueriꝰ.

BIU Cujas

durabit in tutela vſq; quo veniat dies testamē
taria tutele ⁊ tūc desinet esse tutor. vt. ff. de te-
sta. tu. l. si q̄s sub. idē q; ⁊ si detur tutor in locū
excusati ad tps vl̄ in locū capti ab hostibus. vt
insti. de excusa. tutorum. ſ. item qui reipubli-
ce. ⁊ de attil. tuto.

¶ Oñ mulier tutele officio fungi pōt. 35

3 REgulariter femīa nō pōt eē tu
trix: q̄ hoc officiū virile est. vt. j.
e. l. j. ⁊. ff. de reg. iur. l. ij. nisi a pri
cipe impetrauerit filioꝝ tutelā.
vt. ff. de tutelis. l. vlt. per codicez
tamē impetrare pōt a iudice tutelā legitimoꝝ
filioꝝ ⁊ naturaliū tm̄ si mater fuerit maior et
impuberi nō sit tutor testamētari⁹ vel legiti-
mus vel etiā sit ꝫ excusēt vel vt suspect⁹ remo
ueatur. Itez opz mulierē iurare senatusc̄osulti
velleyani ꝓsidio omniq; alio legitimo auxilio:
⁊ suā substātiā filiis supponere. vt. j. e. l. vl. ⁊ pe.

a Hodie. vid bar. i gl. cxl. in. iiij. dubio. ⁊ vide ma teria bar ba. i gl. xj. in. iij. vol. ⁊ curtis in. d. gl. xlvj.

a ¶ Modie[a] añt p̄ferē oībus tutoribꝫ legitimis
⁊ datiuis: ꝫ nō testamētariis: ⁊ pmittit mīi et
auie subire tutelā fm̄ ordinē vt primo mater:
postea auia; admittat: nec habet necesse iura-
re qđ nō c̄ouolet ad nuptias scdas: ꝫ debet re
nūciare nuptijs scdis simplici verbo ⁊ auxilio
senatusconsulti velleyani ⁊ oī alio auxilio vt si
forte q̄ñq; occasione tutele ꝓ pupillo se obli-
gauerit nō iuuet alioquin nō ꝺherēt hoies cū
ea q̄ impuberi noceret ⁊ ex renūciatiōe facta
iudici vel executoribus habēt postea ꝺhentes
exceptionē. nā ⁊ alias datur actio ex ꝺctu pu-
blice psone. vt. ff. rē pupil. sal. fo. l. ij. ⁊. iij. ⁊. iiij.
⁊. s̄. de litis cō. te. autē. libellū ⁊ de epiſ. ⁊ cle. au
tē. gñal'. nec repellit mater vel auia a tutela.
ꝫ sit debitrix vel creditrix filioꝝ ⁊ manet debi
tum in sua natura. Si tm̄ c̄ouolauerit ad scōm
mīimoniū expellūtur a tutela: salua minoꝝ-
ois iuris cautela. vt in autē. vt sine ꝓhibitiōe
ma. debitrices. col. viij. ⁊ de here. que ab intest.
ſ. ex his. Nam ⁊ res mariti sui ⁊ sue: tacite siit
obligate impuberi. vt. j. e. l. ij. ⁊ in auc. de nup.
ſ. si añt tutelā. Itē in principio tutele mater-
ne vel auie fieri ꝺz inuētariū vel descriptio re-
rū impuberis. Itē debet dare fideiussorē qui ꝓ
mittat rem pupilli saluā fore. vt in predicta au
tē. vt sine ꝓhibitione matres. ſ. vlti.

¶ In quibus causis tutorem habēti tutor
vel curator dari potest. 36

4 TUtor nō potest: dari habēti tutorē fm̄ regulam
v t diximus. s̄. q̄ dare tu. q̄ñq; tm̄
fallit regula. Ecce enim si tutor
ad hostes trāsfugit vel etiā mis-
sus est ad eos quasi legatus vel etiā hostes re
ceperunt eū tanq̄ legatū: cum nō esset ab alio
missus tutor quidē manet. q̄ seruus nō est ef-
fectus. ꝫ desierit esse ciuis cū ad hostes trans-
fugit. sed interim a presidibus alius tutor da
bitur. vt. ff. de tut. l. si q̄s tutor. de cap. ⁊ postli.
re. l. postliminiū. ſ. trāsfuge. Itē si tutor sit ab-
sens reipublice cā in locum ei⁹ iudex pōt dare
alios tutores. vt. ff. de tu. l. q̄situm. ⁊ de suspe. tu.
l. iij. ſ. si q̄s affuerit⁹. Itē in locū muti. ⁊ furdi. ⁊
furiosi tutoris alij tutores danf. vt. ff. de tu. l.
pe. Primus em̄ ⁊ si vere sit tutor: tm̄ q̄ inutilis
est reputaf ꝓ nullo. Itē si pupilli pīmoniū sit
in diuersis ꝓuīcijs ⁊ habeat pupill⁹ vnū tuto
rē poterit iudex dare alīū tutorē ꝓ reb⁹ alte-
rius ꝓuincie in q̄ nō hz b̄ prim⁹ tutor domici-
liū. vt. ff. de excu. tu. l. ꝓpter. ſ. ijz. Itez mī que
suscepit tutelā filioꝝ si velit cōuolare ad mīi-
moniū scōm añq̄ cōuolet ꝺz eis petere alīū tu
torē cui reddat rōnē qđ debet ex tutela. vt i au
tē. de nup. ſ. si añt tutelā. ⁊ ita daf tutor hñti-
bus tutorē. ꝫ est iō q̄ ipsa vult abire a tutela.
Itē in locū suspecti ꝺuicti ⁊ remoti tutoris vel
excusati ad tps. vt dictū est. vl̄ relegati ad tps
alius tutor dari pōt. vt. j. e. l. pe. mero añt iure
q̄ est remot⁹ vt suspect⁹: remanet tutor. Idem
multomagꝫ si excusat⁹ est ad tps. Si añt decef
serit vel dānat⁹ est in metallū q̄ fit seru⁹ pene.
si erat libert⁹. vel si fiat ꝓnus hoīs. q̄ patif se
venūdari ad pciū pticipādū: ipso iure finiſ tute
nit eum quod crederet eum natũ ex adulterio nam si ideo exheredasset eũ qđ crederet eũ natum ex adulterio ꝓbato eo ꝙ vere filius est declaratur exheredatio nulla qz ꝓbatur patrem errasse circa cãm exheredationis. vt. ff. de libe. z posth. l. si posthumus. §. vlt. Itẽ debet filius exheredari pure z nõ sub cõditione nisi in casu vt cũ filius instituit heres sub casuali cõditiõe z in defectu eius exheredat. vt diximus. §. de insti. sub cõdi. fa. vñ hec exheredatio vitiosa est quisquis mihi filius heres erit filius exheres esto. Exheredari eñ videt filius sub conditiõe si adita erit hereditas. vt. ff. de vul. sub. l. q̃ liberis. §. vl. z. ff. e. l. iij. §. filius. Itẽ debet fieri exheredatio ab hereditate nõ a re vna licet institutio hereditatis posit fieri in re vna. vt. ff. e. l. cũ quidam. vñ etiã quidã dicũt filiam instituí posse in dote cũ cõtẽplatione dotis filia possit exheredari. vt. §. de rei vxo. ac. §. videamus. Sz nõ ita puto hodie qz necesse est vt habeat aliqđ saltẽ modicũ iure institutiõis. vt in autẽ. vt cũ de appella. co. §. aliud. Dotem aũt nõ potest dici habere a patre iure institutionis nec legati qz nec ei adimere põt nec in bonis pris est. vt ff. ad. l. fal. pater. Item fieri dz ab oĩbus heredibus nõ ab vnius psona tm̃. vt. ff. e. l. iij. §. filius. Itẽ fieri põt ab oĩbus gradibus heredũ qđ est si fiat exheredatio añ gradus oĩs vel post gradus oẽs vel intra gradus. Et est tunc inter gradus qñ psona precedens exheredationẽ est in alio gradu ꝙ psona q̃ sequit exheredationẽ. vt ff. e. l. iij. §. filius. z. §. añ. z. §. in eo. z. j. e. l. j. Gradus autem accipe vt nota. §. de insti. z de impu. z alijs substi. Itez fieri põt exheredatio ab vno gradu tm̃. vt. ff. e. l. iij. §. vlti. ꝙ intellexerũt doctores cũ testator exprimit se ab vno gradu tm̃ velle exheredare. Ego puto idem ɔtingere etiã si testator id nõ adiciat. s. in eo casu qñ exheredauit testator intra gradus z ɔtingit hoc cũ persona precedẽs exheredationẽ z psona sequẽs exheredationẽ sunt in eodẽ gradu institutionis vel substi. z est iste casus inuentus a Jo. alr eñ nõ videbat ꝙ bñ posset poni casus illi⁹ legis. Itẽ fieri dz exheredatio vel preteritio cã inserta exheredationis vel preteritiõis. Et sunt xiij. casus quib⁹ exheredant descẽdẽtes z. viij. quib⁹ exheredant ascẽdẽtes. Nec ẽ op⁹ eos notare in summa qz euidẽter notant in auten. vt cum de appel. co. §. aliud vo. z. §. hoc quidem de parẽtũ. ¶ Est aũt effectus omisse exheredationis quia si is qui in potestate testatoris fuerit ꝓterit⁹ nõ inserta cã ꝓteritionis vel etiã fuerit exheredat⁹ nõ rite z ita habet ꝙ preterito ipo iure nõ valet testamẽtum ꝓtũ ad institutiões heredũ sed in legatis ꝓmũ pseuerat. vt liquet ex predicta autẽ. z insti. e. j. rñso. qđ est ɔ regulã que est. j. de fideicõ. l. eã. lz dixerit. §. in summa insti. e. ti. ꝙ ita etiã erat iure veteri per. l. q̃ est j. de iniu. rup. te. l. filio. Sed certe ibi tenebat testamentũ quia filius approbauerat testamẽtum. Et est illa autẽ. signata ab. y. j. e. l. nõ licet ꝛc. male tñ qz nõ est ita in corpe autẽ. nec eñ dicit ꝙ ex sola ꝓteritiõis cã irritũ sit testamẽtum sed ita nõ inserak cã preteritionis vel exheredationis. Sic ergo filius iste ab intestato erit heres. Si aũt filius emãcipatus preteritus est nõ inserta cã. vt dictũ est. similr dico testamẽtũ ipso iure nullũ. Et hic emãcipatus olim bono rum possessor sed hodie succedit ꝙ cõstitutiões vt heres ab intestato. vt in autẽ. de here. ab inte. §. j. z. §. si vo neq; fratres. Si vero exheredatus fuerit filius rite prout. §. dictum est. tenebit testamẽtum nisi expugnet ꝙ querelam inofficiosi testamenti siue erat emãcipatus siue erat suus z hoc forte non prestabunt relicta qz pendet ex institutiõe q̃ cassak. Sed supra nõ pẽdent ex ea qz nulla erat ipso iure. vt. ff. de iniu. rup. te. l. nam z si. §. fi. Si aũt preteritus fuerit filius rite. i. inserta cã exheredatiõis. vt dictuz est. tenet testamẽtũ sed hz filius emancipat⁹ ɔ ta. bo. pos. z eandẽ hz filius suus. j. e. l. vl. §. sancim⁹. Nec alr videt hodie posse succedere nisi ꝙ ɔ ta. bo. pos. ¶ Preteriti aũt a milite sciente se liberos habere vel a mre vel linea mrna inserta cã preteritionis; vt diximus: solã habẽt que relã inofficiosi testamẽti qz ꝙ exheredat⁹ habẽtur. vt insti. co. §. vlti. z pe. Idẽ ꝙ est econuerso in ascendẽtibus linee materne si ptereank a liberis eiusdem linee. Ascendẽtes autẽ linee paterne preteriti a liberis inserta causa preteritionis habẽt bo. pos. ɔ ta. Aut si nõ inserak cã ipso iure testamentũ nõ tenebit. Exheredati aũt ascendentes eiusdẽ linee habent querelaz inofficiosi testamẽti inserta causa exheredatio nis vt dictum est: alioquin esset testamentum ipso iure nullum. et de his auctoritatibus plene dixi mus. §. de inofficioso testamento.

a Grad⁹ An exheredat⁹ i. a ter gradus istitutiõis z substitutiõis itelligit exheredat⁹ ab omni gradu: z an ipius exheredati sup existẽtia faciat deficere fideicõmissũ si sint filijs ꝛc. z an exheredatus circa causa expssa q̃ pena nõ credit vã faciat exheredationẽ nullã cẽseri videmulta

b ipso iure testamentũ nõ tenebit. Exheredati aũt ascendentes eiusdẽ linee habent querelaz inofficiosi testamẽti inserta causa exheredatio nis vt dictum est: alioquin esset testamentum ipso iure nullum. et de his auctoritatibus plene dixi mus. §. de inofficioso testamento.

b Ipso iure Qñ ipso iure sit nullũ ꝓbat i. §. j. insti. ɔ exhere. li. in tex. ibi iutili ter testabik põde dero⁹ bñ testabik.

¶ De posthumis heredibus instituẽdis vel exheredandis vel preteritis.

7 Dixim⁹ supra de liberis natis. Nunc de nascitur⁹: id est de posthumis heredib⁹ instituẽdis vl exheredãdis vl ꝓteritis. Videndũ ergo qđ sit posthumus. Et qs possit z debeat ipm instituere z q̃ liter. Itẽ qualr debeat exheredari. Et qđ iuris futuri tẽ sit eo ꝓterito. Et postea videbim⁹ de his q̃ loco ponis. et posthumozũ sunt. ¶ Est aũt posthumus q̃ nascitur post mortẽ pris. Inde eñ ɔ posthumus ꝙ vba fu qz postꝙ pater datus est humo nascit. Sz z im turi tpis propie quilibet dicit posthumus q̃ nascit post iportant 8 testm̃. vt. ff. de iniu. rup. te. l. iij. ¶ Põt aũt z ɔz ipso iure instituere posthumũ oĩs mascul⁹ in cui⁹ ptãte vt ẽ tex. posthumus esset nascitur⁹ si nat⁹ esset in vita cũ testatoris. vt. j. e. l. qđ certarũ est. sine ꝰ mascu lus erat iã marit⁹ siue nõdũ duxerit vxorẽ. nã z maritus vxorẽ repudiare põt. Et q̃ nõ duxerit vxorẽ põt marit⁹ effici. Nã z cũ marit⁹ post ir. z videbunum scribat heredẽ non vtiq; is solus scriptus videtur posthumus qđ ea vxore quam hz z oẽs i. l. nat⁹ est ei vl is q̃ tũc in vtero est verũ is ꝙ q̃ ex inbem⁹. quacũq; vxore nascit. Jõq; qui posthumũ here §. sane. dẽ instituit si post eũ testamẽtũ factũ mutauit ꝛc. de sa. mrimoniũ. is videt istitut⁹ q̃ ex posteriori mri san. ec.

BIU Cujas

monio natus est. Nec distinguitur in masculo instituēte vtrū sit spadatus an nō. Nā ꝛ spado instituit posthumū: qm̄ nec etas: nec sterilitas eius rei est impedimēto. Secus in castrato: qa naturali vitio impeditur gīnare. Hermofroditus posthumū instituit heredē dicit lex maxime si in eo virilia prevaleāt. vt. ff. e. l. placet. ꝛ. l ideo ¶. ꝛ. l. sed est quesitū. Et videtur illud maxime adūdare. nā si prevaleāt in eo muliebria nō habet necesse instituere posthumū: sicut nec necesse habet mulier cū ei⁹ pterito habeaī ꝑ exheredatione. vt. ff. e. l. gallus. ſ. nūc. ꝛ de iniu. rup. te. l. iij. in prin. ꝛ vt diximus. ſ. ti. pxi. Itē nec considerat in masculo instituēte sit san⁹ an infirmus vel iuuenis an senex: qa natura magꝫ in hoīem generādū ꝛ cōsuetudo spectāda est q̄ tale vitiū aut valitudo ꝓpter quā abdicatur hō a generādi facultate. vt. ff. e. l. siquis posthumos. si tū ꝺs instituat posthumū ex ea que alij sit nupta vel ex ea quā nephas sit ducere institutio nō tenet nec supius testū rup. est. Iure em̄ naturali vel lege dei impediebat matrimoniū: secus si impediret matrimoniū de iure ciuili. vt si instituo mihi eū heredē q̄ mihi nasceī ex titia ancilla vel minore. xxv. an. ea cuius tu telā vel curā ego vel pr̄ meus administrauim⁹ ꝛ ancilla postmodū fiat iusta mea vxor liberta tem cōsecuta vel pupilla vel adulta fiat maior xxv. an. ꝛ rationib⁹ redditis ꝛ vtili anno trāsacto iuste nubat mihi. vt. ff. eo. l. signis posthumos. ſ. sed si ex ea. ꝛ. l. filio⁹ a pre. ſ. vlt. ¶ Pōt aūt instituī posthumus pure ꝛ sub cōdī. sicut dixi plene circa filios iam natos. ſ. de insti. sub cōdi. factis. Itē instituī pōt si nascaī in vita testatoris: ꝛ tūc natus post mortē rumpit testū. Itē ecōuerso pōt instituī si nascaī post mortē: ꝛ tūc natus in vita rūpit testū: qa in hūc casum nascit qui nō est testō cōprehēsus: ꝛ in talē casum omissum: nec sub cōditione videī script⁹. Itē pōt instituī siue nascaī in vita siue nascaī post mortē. vt. ff. e. l. cōmodissime. sed in duob⁹ casib⁹ olim videbat institutus i alterū casum. Sed hodie lex interpretat posthumū institutū in vtrūq; Primus est cū ita dicit testator si lius vel filia q̄ intra. x. mēsiū spaciū post mortē meā fuerint editi heredes sunto. Secūs est cū ita dicit filius vel filia q̄ intra. x. mēses primos mortis mee nascerenī heredes sunto. vt. ī. e. l. vlt. lex em̄ interpretat q̄ testator sicut voluit eū heredē esse si nascet post mortē: ita ꝛ eadē ratione ꝛ si in vita nisi Priū appareat. vt. ff. de heredi. instit. l. ij. ꝛ. ff. eo. l. si ita. j. rūso. ꝛ. ſ. de in offi. testa. l. iij. Sed de morte ideo posuit: quia credebat eū nasciturū post mortē. ar. ff. ad trebel. l. mulier. ¶ Exheredari debent isti posthumi vel posthume facta mentione siue ita dicat quicunq; mihi nascitur siue ita quicunq; nascetur ex seia siue ita neuter exheres esto siue ita posthumus exheres esto. vt. ſ. titu. prox. l. vlti. ſ. vlti. et. ff. de iniusto rupto testamē. l. iij. ſ. nominatim ¶ Hodie autem posthumi nō possunt nota exheredationis damnari quam necessariū est subijcere in exheredatione faciē da. vt diximus. ſ. ti. pxi. cum certū sit eos nullam ingratitudinis causam posse vel potuisse cōmittere nec possunt propter alienū odiū vel delictū exheredari. vt. ſ. de inoffi. test. l. si quis
2 suo. ſ. vl ¶ Est ergo nobis videndū quid iuris
a sit posthumo preterito[a]. Et quidē si ponā eum preteritū esse ab hereditate tota vel etiā a gradibus vniuersis: ꝛ ipse natus est viuus emissa voce vel non emissa: dū tamē constet eum viuū natū vel ex secto vētre editū integrum vel non integrū aīal cū spiritu tū testū rumpet. vt. ī. e. l. quod certarū. ꝛ. ff. e. l. qō dr. nisi declinet ad monstrū vel pdigiū. vt. ff. de sta. ho. l. non sunt. videreī tū esse contrariū qō legit. ff. de ver. sig. l. queret. ſ. parētibus debere pdesse si qualiter potuerunt statutis obtēperauerunt: lz postuosum vel mōstruosum aut debilē mulier edi derit vel qualē visu vel vagitu nouū nō humane figure: sed alteri⁹ magis aīalis ꝑ hoīs. Et certe tūc distingui pōt. An id acciderit ꝓpter delictū mulieris: vt qa rē habuit cū aliquo aīali irrationabili: vt tūc nati non debeant reputari liberi. An ideo qa cū ipsa cognoscereī a masculo de aliquo aīali cogitauerit. Nā ex cogitatione concipiētis talia accidūt: vt dicunt phisici: ꝛ tunc nati posthumi habentur pro liberis.
¶ Sed lz natiuitate posthumi rūpatur testū tū si viuo testatore natus decesserit script⁹ vel nuncupatus heres de iure prorio habebit bo. pos. fm ta. vel fm nuncupationē. vt. ff. de iniu. rup. te. l. posthumus. Qui autē nascitur mortuus nec natus nec cōceptus videī. ff. de verb. sig. l. qui mortui. ¶ Rumpit ergo totum testū
b posthumi natiuitate si posthumus est a toto[b] testō preteritus. ſ. Nā si ponamus eū preteritū ab vno gradu tū ꝛ ab alio exheredatū rumpitur ille solus gradus a quo preteritus est. Sz nec patit valere gradus sequētes: qa pendēt a primo qui a principio tenuit: lz postea rumpatur. Sed filio⁹ tā natus si preteream ab vno valent alij sequētes vel pcedētes gradus a quibus est exheredat⁹. Nō em̄ pēdet ex eo qui nullus est. vt. ff. de iniu. rup. te. l. iij. ſ. vl. ꝛ. l. nam ꝛ si sub cōditione. hodie tū qa nō pōt posthum⁹ exheredari vel a toto testō vel a parte eius vel a gradu aliquo. vnde ꝛ talis exheredatio habeī ꝓ preritione: ꝛ ideo testū qō a principio tenuit. ex postfacto rūpitur ꝛ fit ipso iure nullū siue posthumus nascaī in vita testatoris siue post mortem. vt. ff. de iniu. rup. test. l. iij. Sed aliud est in his qui sunt loco posthumoꝝ. Nam illi ita demū rumpunt si agnoscantur in vita testatoris. vt. ff. e. l. siquis posthumos. ſ. si filiū. vt liquebit ex sequentibus. Sunt autem loco posthumorum hi qui in sui heredis locum succedendo quasi agnoscendi fiunt parentibus suis heredes. vt ecce si filium ꝛ ex eo nepotē neptēve in ptāte habeā: qa filio⁹ gradu pcedit is solus iura sui heredis hz q̄nis nepos q̄ ꝛ neptis ex eo in eadē ptāte sint. Sz si filio⁹ meus me vino moriaī naturaliter vel ciuiliter. ſ. per capitis diminutionē magnā vel mediā vl et si emācipat⁹ fuerit: aut q̄libz alia rōne exeat de ptāte icipit

a Prete-rito. Uid late de ista materia scripta p. d. alex. are ti. iaſo. ꝛ soz. ꝛ modern. in l. gall⁹. ff. de lib. et posthu. l princi.

b Toto. Uide an ge. d. are. ꝛ scriben tes in. ſ. pe. insti. de exhere. lib.

BIU Cujas

nepos neptisve in eiꝰ loco succedere et eo mō iura suoꝝ heredū q̄st agnatiōe nāciscunt ne ergo eo mō rūpat mihi testamētū sicut ipsum filiū heredē instituere vel exheredare notatim debeo necnō iure faciā testamētū ita ꝛ in nepote nepteve ex eo necesse est mihi vel heredem instituere vel exheredare ne forte me viuo moꝛtuō filio succedēdo ī eiꝰ locum nepos neptisve q̄si agnatiōe rūpat testamētū idq; l. velleyana puisum est. vt. ff. de iuiust. rup. te. l. posthumoꝝ. ꝛ ISti. de exhereda. li. §. posthumoꝝ. ꝛ ad pui sionē. l. velleyane ꝑseruādā: gallus aḋlius cōcepit v̄ba substitutiōis in psona nepotis vel neptis. Et adiecit de ꝓnepote ꝛ de ꝓnepte ꝛ ceteris descēdētibꝰ si ꝑsone ꝑcedētes eos moriant viuo testatoꝛe naturaliꝛ vl̄ ciuiliter vl̄ exeāt de ptāte vt dictū ē. Jdēq; ꝛ si ꝓmoꝛtuo nepote viuo filio substituto ꝓnoneptem si filius moꝛiat me viuo: ꝛ sunt hec v̄ba substitutiōis si filiꝰ me viuo moꝛiet tūc si q̄s mihi ex eo nepos vel neptis post moꝛtē meā vel ī vita mea ī. x. mēsibus ꝓximis q̄bus filius meus moꝛiet nat⁹ natave erit heredes sunto: ꝛ qđ dictū est si substituatur filio est intelligēdū eē factū ꝛ si pariter cū filio instituat vt videat eē substitutus in eū casum q̄ ex ꝑdictis verbis cōcipi pōt. Jtē ꝛ p̄nt cōcipi verba substitutiōis si moꝛiat filius ꝛ nepos viuēte testatoꝛe. vt. ff. e. l. gallus. v sq; ad illū. §. si eius. et est hoc dictū a gallo et a velleyo consiliꝰ causa a principio enim si instituo filium ꝛ nepotē ꝑtereo tenet testamētū ex casu possit postea rumpi. vt. ff. e. l. gallus. §. fortitā. ꝛ. §. in oībus his. Mar. tñ videbatur a principio nullū esse testamētū. Secꝰ si ISti. nepotē ꝛ ꝑtereo filiū vel IStituo ꝓnepotē ꝛ ꝑtereo nepotē.
3 Et idē ī sikibꝰ. vt ī ꝑdicta. l. oꝛ. ¶Circa materiā istā substitutiōis a gallo aḋlio antiq̄tꝰ introducta lex velleya volēs ꝓuidere testamētis auoꝝ ꝛ ꝓauoꝝ ne rūpant ꝑ nepotes velꝛ. ꝓneptes vel sequentes liberos induxit duo capita vel capꝛa sup institutionibꝰ nepotū ꝛ ꝓnepotū ꝛ ceteroꝝ liberoꝝ. Et hꝫ locū ꝓmū. c. l. velꝛ. cū ia moꝛtuo filio nepotē ex eo nascituꝝ ISTituo: vel si ꝑtereā rumpiꝫ testamētū eo nato. ꝛ hoc idē capitulū locū hꝫ quātū ad sñiam nō ꝯtum ad verba cū ISTituo nepotē nascituꝝ viuo filio tē poze testaměti ꝛ ISTituto herede vel exheredato ne alioq̄n testamētū sit nullū. ¶Sꝫ moꝛiꝫ hic filiꝰ anteq̄ nascat nepos. vt. ff. e. l. gallꝰ. §. nūc. Secm̄ capitulū locū hꝫ cū instituo nepotē iam natū viuēte filio et instituto herede vel exheredato ne alioq̄n testamentū nō teneret. vt. §. dictū ē. ꝛ tūc nepos ex ISTitutiōe admittiꝫ tūc demū q̄n admissus rūperet nō cum pte suo simul. vt. ff. e. l. gallus. §. ISTituēs. ꝛ. §. q̄dā. Qđ aūt distinguant capitula ꝑ nepotes natos ꝛ nascituros ꝛ filios viuentes ꝛ moꝛtuos probat. vt. ff. e. l. gallus. ꝛ. §. nūc. ꝛ. §. vidēdum. Quartus casus ꝛ difficilis. i. valde difficilis dicitur: non q̄ pōt adaptari magis verbis primi cap. ꝯ scdi. Aliquid em̄ habet ex ꝓmo quia ponitur ī nepote nascituro: aliq̄d hꝫ scdo q̄ ponit ī nepote ex filio viuēte tpe testamēti ꝛ viuēte tpe illo q̄ nascitur postḣum⁹ ꝛ ideo ī hoc casu dicunt duo capitula coadunata nec ꝙ videt ꝙ ISTitutio talis nepotis teneat q̄ cū is nascit nō ē suus heres ipm̄ ꝑcedente ꝑe suo. Est aūt alienꝰ postḣum⁹ q̄ de iure nō pōt ISTitui heres iure antiquo. vī g̃ ꝙ rūpat testamētum natiuitate sua. Juliano tñ vī quasi duobꝰ capitibus lege coadunatis in hoc quoq; inducere legē ne rumpat testamentū. vt. ff. e. l. gallus. §. ille casus. Jtē hodie tenet institutio alieni posthumi. vt ISti. de bo. poss. j. respōso. Jtē hodie q̄ emāciparet filius non ideo ꝑfertur ei nepos in succedēdo. sicut. §. diximus eum preferri. Jtem nec admittitur pariter nepos cum filio ꝑ edictū de coinungēdis cū emācipatis liberis: q̄ illud hodie sublatum est. vt diximus. §. de inoffi. test.

¶De iure deliberādi ꝛ de adeūda vel acquirenda hereditate. 31

Qoniā instituti heredes de q̄bꝰ dixim⁹ et legitimi de q̄bꝰ dicem⁹ sepe deliberāt an expediat eis hereditatem admittere vel repudiare ponit de iure deliberādi: ꝛ qr deliberatiōe habita q̃nq; adiꝫ hereditas ponit de ea acq̄rēda vel adeū-
4 da. Videndū q̄ qđ sit deliberare. Et q̄s petat tēpus ad deliberādū. Et a q̄. Et q̄tū tps. Et q̄s sit effectus deliberationis. Et qđ sit ius eius. Et postea dicem⁹ de ꝙfectiōe inuētarij ꝛ ei⁹ beneficio ꝑ qđ hodie sublata deliberatione plene cōsulit heredibꝰ. Postea dicem⁹ de acq̄rēda hereditate. ¶Deliberare aūt nihil aliud ē q̄m̄ se cū diligēter cogitare vel in mente sua reuolnere vel cū amicis exploꝛare an expediat sibi admittere id de quo queriť. Subuenitur etiā heredibus per pretoꝛem vt habeāt copiā instrumētoꝝ iſpiciēdoꝝ vt ꝓinde īstruere se possint expediat necne agnoscere hereditatem. vt. ff.
5 eo. l. ari. ꝛ. ff. de acqui. he. l. arist. ¶Datur tēpus deliberandi heredi instituto vel si plures sunt singulis debet dari. Si tamē liberi sunt seruo enim instituto herede dať tps dño suo nō ipsi qr ꝑ nullo habeť apō ꝓtoꝛe. vt. ff. e. l. j. ꝛ. l. si plures. Jtē dať tutoꝛibꝰ ꝛ cura. heredū institutoꝝ. vt. ff. e. l. ait ꝓtoꝛ. Jtem datur heredibꝰ ab in-
6 testato venientibus. ¶Datur hoc tps ab ipeatoꝛe vsq; ad annū. Ab aliꝭ aūt iudicibꝰ dať vsq; ad nouē menses: vltra enim dari non potest sed nec minꝰ dari debet cētum diebꝰ. Ve diū ergo tps ē in ptāte iudicantis. Sic q̄ daťť tps q̃nq; semel tm̄: vt cnz a p̄ncipio daťť nouē mēses. Q̃nq; dari poterit sepius vt cū a principio dedit minꝰ nouē mēsibus. vt. j. eo. l. vlť.
7 §. sꝫ qr q̄dā. ꝛ. ff. e. l. j. §. vlť. ¶Est aūt effectꝰ deliberationis qr interim bona nō debent diminui nisi causa cognita ꝛ his verbis non tm̄ alienatio prohibita est verumetiā exercitiū actionū. Est enim absurdū eū cui alienatio interdicit a ꝓtoꝛe pmitti actiones exercere. Sed ex iusta causa pretoꝛ permittit diminuere puta cā funeris. Jtē cā eoꝝ q̄ sine piculo nō possunt

BIU Cujas

preteriti:putavescẽdi gratia:vel vt edificia sar
tiãtur:vel ne agri inculti sint:vel vt siqua pecu
nia sub pena debeãt restituat:vel ne pigno
ra preciosa distrahant. Idẽq; est ꝛ si res sint in
hereditate que ex tractu tpis deteriores fiunt
põt is q̃ deliberat sine preiudicio eas iustis
precijs vẽdere q̃ põt etiã ea q̃ nimis sumptuo
sa sunt:veluti iumẽta autvenalitia. Itẽ ea que
mora deteriora fiãt vẽdere. Igitur si in heredi
tate sit vinũ oleũ frumẽtũ numerata pecunia:
inde fieri debent impẽdia si minus a debitori
bus hereditatis,est exigẽda pecunia:ꝙ si nul
li sint debitores aut iudicẽ puocẽt vẽdere de
bẽt res superuacuas. Habet ꝛ filius qui deli
berat super hereditate paterna bñficiũ vt ali
menta denẽ ei ex hereditate.ꝛ pbãtur hec oĩa
vt.ff.e.l.ait pretor. ꝛ.l.aristo.ſ.vlt. ꝛ.l.igit.ꝛ.l.
filius. ¶Hmõi aũt deliberatio hodie nõ est ne
cessaria siquis inuẽtariũ fm legẽ facere volue
rit. Nam si velit quis spe certissima hereditatẽ
adire vel se immiscere vt postea non repudiet
eã nullo indiget inuẽtario[a] cũ oĩbus creditori
bus suppositus est: vtpote hereditate ei ex
sua voluntate infixa.vt.j.e.l.vlt.ſ.j. ¶Itẽ ꝛ lega
tarijs tenẽt insolidũ per aut.de here.ꝛ fal.ſ.si
vero nõ fecerit inuẽtariũ. Sed antiquo iure de
trahebat falcidiã quo nihil erat cautũ de inuẽ
tario. Si vero quis nõ titubãti aĩo respuendã
vel abstinendã crediderit esse hereditatẽ: dice
bat eũ se repudiaturũ vel abstenturũ:non tñ
abstinebat aut respuebat expectatur eius re
nũciatio vsq; ad tres mẽses ex quo cognitum
fuerit.ei delatã esse hereditatẽ nullo nec inuẽ
tario faciẽdo nec alio circuitu expectando ꝛ sit
alienus ab hmõi hereditate onerosa vel lucro
sa.vt.j.e.l.vlt.ſ.similiq; modo. Si aũt dubius
est vtrũ ne admittẽda sit defuncti hereditas
nõ putet sibi necessariam deliberationem: sed
adeat hereditatẽ vel sese immiscеat oĩ tamẽ
modo inuentariũ cõficiatur ab ipo vt exordiũ
capiat inuẽtariũ infra.xxx.dies postq̃ cogno
uerit hereditatẽ sibi ab intestato vel ex testõ
delatã:ꝛ hoc inuentariũ infra alios.lx. dies si
per rebus quas habuit defunctus tpe mortis
impleatur: vel si res defuncti oẽs vel maxima
pars non sunt in his locis in quibus sunt he
res habebit heredes anni spaciũ ad hmõi in
uentarij cõsummationẽ. Et in eius confectio
ne[b] debet interesse tabellarius vnus qui scri
bat inuentariũ. Sed quidã dicũt ꝙ duo debẽt
esse:q; pluraliter loquitur lex:sed certe plura
le est in singulare resoluẽdũ. vt in actio. vi bo.
rap.ꝛ nego.gest. Q̃nq; exigitur alius tabellio
in subscriptione heredis.vt dicetur.j. Itẽ de
bent interesse testes: tabularijs eĩ solis non
credimus. vt.j.eo.l.vlt.ſ.sinaũt dubius,ꝛ in
aut.de heredi.ꝛ fal.ſ.sancimus.ꝛ.ſ.si vero ab
sunt. Itẽ debẽt interesse oẽs legatarij vel pro
eis agentes si personaꝝ ratio sit habenda:sci
licet eius ciuitatis in qua fit inuentarium:vel
si quis ex his abfuerit vel interesse noluerit
succedet presentia trium testium locupletum
et bone opinionis de eadem ciuitate; ꝛ qui he
redem cognoscant absq; preiudicio veritatis
inquirende per seruorum hereditariorũ que
stionẽ vel per sacramentũ testiũ vel per sacra
mentũ heredis si alie defecerint ꝓbatiões. vt
in autẽ.de here.ꝛ fal.ſ.vero expressim. Item dz
heres supponere subscriptionẽ significantẽ.ꝛ
quantitatẽ rerum. ꝛ ꝙ nulla malignitate circa
eas facta vel ab eo faciẽda res remaneãt apud
eũ:vel si ignarus sit litteraꝝ:vel subscribere ꝓ
pedit spãlis tabularius ad hoc solũ adhiben
dus est ꝛ mãdatũ ei iniungi in presentia testiũ
vt ꝓ eo litteras supponat venerabili signo cru
cis antea manu heredis ꝓposito.vt.j.e.l.vlt.ſ.
sinaũt dubius est. Effect[y] aũt inuẽtarij hmõi
magnus est ꝛ interim dũ conficit ꝛ posteaq̃ cõ
fectus est. Nã interim heredes a creditoribus
vel legatarijs nõ possunt cõueniri. Unde ꝛ ta
le tẽpus nõ preiudicat creditoribus nec lega
tarijs circa tẽpora lẽ pscriptionẽ. vt.j.e.l.vl.ſ.
donec tñ. Itẽ cõfecto inuẽtario nõ tenẽt heres
creditoribus nisi inquãtũ res substãtie deuo
lute ad eos valẽt:sed nec legatarijs tenẽt ni
si deducto ere alieno:de reliquo aũt qõ supest
lz heredi detrahere fal. Si vero heres ꝓ igno
rantiã satisfecerit primo legatarijs a creditori
bus quidẽ ipse nõ inquietabit postea. Sed cre
ditores possunt aduersus legatarios venire
agendo hypothecaria vel cõditione indebiti.
Est eĩ absurdũ creditoribus suũ ius psequẽti
bus,legitimũ auxiliũ denegari:legatarijs vero
qui pro lucro certãt suas partes legẽ accõmo
dare. Sed ꝛ si creditoribus posterioribꝫ heres
satisfecerit per errorẽ priores creditores hypo
thecaria actione vel cõditione ex.l.ſi res desie
runt esse sibi potuerũt cõsulere contra credito
res posteriores.vt.j.e.l.vl.ſ. ꝛ si prefatã. Itez
in cõputatione patrimonij lz heredi excipere
et retinere quicquid in funus expendit vel in
testamẽti insinuatiõe vel in inuẽtarij cõfectiõe
vel in alias necessarias causas hereditatis in
quas approbauerit sese expẽdisse. Itẽ ꝛ si ipse
cõtra defunctũ aliquas habebat actiones non
he ꝛfundunt quãtũ ad efficaciã solutiõis indu
cẽdã. Impossibile est eĩ ipm sibi obligatũ esse
sed simile cũ alijs creditoribꝫ per oĩa lz fortu
nã. Et in hypothecaria prerogatiua tpis habe
tur inter creditores.vt.j.e.l.vl.ſ.in cõputatio
ne. Priuilegia aũt psonaliũ actionũ nõ extimã
tur ex tpe.vt.ff.de priuil.cre.l.priuilegia,nisi in
casu.vt.ff.de re.iu.l.inter eos. Illud tñ nõ ꝓter
mitto ꝙ si heredes aliquid surripuerint vel ce
lauerint vel amouendũ curauerint postq̃ fue
rint cõuicti in duplũ hoc restituẽt vel heredita
tis quãtitati cõputabũt.vt.j.e.l.vlti.ſ.illo. vz.
Si aũt heres posteaq̃ adierit vl sese immiscue
rit presens vel absens inuentariũ facere distu
lerit:ꝛ datũ tẽpus ad inuẽtariũ cõficiẽdũ efflu
xerit debitis hereditarijs insolidũ tenẽt. Itez
nec detrahit fal.de legatis immo pstat ea soli
da ẽt si fines hereditarios excedãt. Dz olim ẽt
ex testõ militis legata nõ pstabant nisi dedu
cto ere alieno. lites aũt vel q̃stiones hmõi lega
tariũ vel rerũ subtractarũ nõ trãscẽdũt annũ ab

per pa
nor.in,cõ
si. lxxiij.
col. iiij. ĩ
ij.du.vo
lu.ij.ꝛ ali
quid per
bart.ꝓsi.
cxlix.vbi
mkta po
nit ĩ hac
materia.

a Inuen
tario. ad
de tamẽ
vnã cau
telã excu
sandi he
redẽ non
conficiẽ
tẽ iuẽta
riũ p ce
polã cau
tela inci.
heres si
ue.

b Confe
ctiõe. ad
de.ix.re
q̃sita ad
hoc vt dz
inuẽta
riũ pfe
ctũ q̃ po
nit Jaſ.ĩ
l.ſi.j.e.et
de forma
conficien
di inuen
tariũ.vi
de aliq̃d

BIU Cujas

admonitione iudicis cõputandũ:vt in auc. de here.ꝛ fal. §.si vo expressim.ꝛ j.e.l.vlt. §.si vero postꝙ.ff.ad tre.l.j.§.pe. Vbi autem aliqs petijt tps ad deliberandũ:ꝛ eo habito postea fecit inuẽtariũ creditorib⁹ quidẽ tenet insolidũ:sz de legatis detrahit falcidiã siue adiuerit hereditatẽ ifra tps deliberatiõis:siue nõ recusauerit eã.Siqs aũt deliberationẽ petierit et inuẽtariũ nõ cõscripserit creditorib⁹ tenet insolidũ:nec de legatis detrahit falci.siue adiuerit hereditatẽ:siue nõ recusauerit eã.vt.j.e.l. vlt. §.finaũt hoc aliqs.ꝛ §.siqs aũt. Nec obstat qõ legit.ff.de acqrẽ.he.l. q̃diu ĩstitutus.i fi.l. Illa em̃ corrigit p̃dictã.l. vel obtinet p̃dicta l.cũ ĩ ipsa deliberatiõis datiõe dr:vt si nõ recusauerit videbit adiuisse. Si vo qs petita deliberatiõe et inuẽtario nõ facto hereditatẽ recusauerit:tũc heres creditorib⁹ heditarijs vel his q̃ ad hereditatẽ vocantur res reddere cõpellet: vel si nollit reddere iurabit ꝺ eũ in litẽ cũ taxatione iudicis:ꝛ ita manifestabit q̃titas rez sacramẽto accipiẽtiũ res.vt.j.e.l.vlt. §.q si post.

2 ¶ Preter hoc sciẽdũ est ius deliberãdi ab ipsa l.nõ ex ptoris viuẽt3 bñficio cõpetere cuilibet a ex testamẽto vel ab itestato viuẽti q̃ scit[a] sibi delatã esse hereditatẽ. Et tale ius deliberãdi trãmittet ad heredẽ suũ itra annũ postq̃ sciuit hereditatẽ sibi esse delatã. Si vo decedat post annũ nihil transimittit ad heredẽ suũ.vt.j.eo. l.cum antiquioribus. Ille vo si viueret cui delata erat hereditas ppetuo posset adire si non repudiauerit vel si certũ tps a iudice ĩ adeundo non fuerit statutũ.vt.ff.de acqui.he.l. q̃diu ĩstitutus.ꝛ j.e.l.si curatoris.q; aditio de iure ciuili est nõ g̃ terminat ãno.vt ĩsti.de perpe. ꝛ temp.act. in prin. licet Pla.dixerit ifra annũ tãtũ hereditatẽ adeũdã:ꝛ hoc ĩ extraneo here rede sciente sibi delatã hereditatem:mã si ignoraret ad heredẽ nihil transmittit.vt.j.e.l. quoniã. Hereditatem aũt suoꝝ parẽtũ ex paterna vel materna linea quilibet de liberis ppetuo põt adire:ꝛ ppetuo põt trãsmittere etiã ignorãs delatam sibi hereditatẽ.vt.j.eo.l.lz.ꝛ j.de his qui ante aper.ta.l.j. hoc ita si nõ repudiauerit vel certũ tps a iudice pro adeũda hereditate nõ pterierit.vt.§.dictũ est de his q̃ nõ fuit

3 de liberis. ¶ Supest vt videam⁹ q̃liter acquiratur vel adeatur hereditas. Quis possit eam adire. Et quãdo. Et q̃liter. ¶ Adire aũt hereditatẽ nihil aliud est q̃ velle eã habere. Nã adire nõ tã facti ẽ q̃ animi. Immo ĩ nuda ꝛ sola volũtate cõsistit. Nã hoc aio debet esse vt velit heres esse. Letez si qd pietatis causa fecit vel si qd custodie causa fecit vel si qd aliud nõ quasi heres fecit:sz q̃si alio iure dñs apparet eũ nõ pro herede gessisse:ꝛ ideo solent testari liberi qui necessarij existũt nõ aio heredis se gerere q̃ gerunt:sed aut pietatis:aut custodie causa: aut pro suo vtputa patrẽ sepeliuit vel busta fecit ei si aio heredis p herede gesserit. Eẽnero

4 si pietatis causa fecit cõtrarium est. Pro here-
b Gere- b de autez dicitur qs gerere pro dño gerere b: re teres enim heredes pro dñis appellabãt.vt in

sti.de he.qua.ꝛ dif. §.pe.ꝛ antepe.ꝛ ff.e.l.p he rede.ꝛ l.gerit. Si ergo aliqd fecerit nõ vt heres p herede nõ gerit:puta egit sepulchri violati vel a statulibero accepit pecuniã causa implẽde cõditionis cũ haberet coheredẽ. Nam si non haberet coheredem pro herede videt gessisse:quia aliter nõ posset valere libertas pro cuius implẽda cõditione accepit pecuniã:nisi aliquis esset heres:videtur g̃ voluisse se heredem esse accipiendo pecuniam. vt.ff.de acqui. he.l. pro herede. §.pap.ꝛ §.vlt. Itẽ nõ quasi heres videt gerere si a liberto parẽt3 petierit alimẽta:vel opas q̃ nõ trãsiẽt ad exneũ heredẽ:vtqz defunctus stipulat⁹ erat operas liberis suis. Has em̃ opas petunt quasi heredes sui vt domestici non quasi extranei. Et petitio illarum oparum etiã filiorũ creditoribus cõpetit ꝛ maxime futurarũ.i.quarũ dies cessit postea quã creditores missi sunt in possessionẽ. ¶ Idẽqz et si aliquis de liberis mortuũ intulit in sepulchrũ hereditariũ.vt.ff.de acqui. he.l.pro here. §.sed quid tñ.l.siqs non quasi. Si aũt gesserit quis ea q̃ ptinent ad solos heredes etiã extraneos: vt vẽdẽdo res hereditarias creditoribꝰ soluendo prędia colendo vel in habitando vel locando ꝛ dubium sit fecerit vt heres an vt extraneus vel inquilinus vel aio gerendi negociũ alterius heredis presumitur q̃ fecerit aio adeũdi nisi phibeat cõtrariũ.vt.j.ti.proxi.l.j.et ff.de acqui.he.l.iul.scribit.§.si seruum.ꝛ l.siqs extraneꝰ.§.iterdũ.ꝛ insti.de here.qua.ꝛ dif.§. pe.ꝛ j.eo.l.ij. Sic et psumitur q̃ qs velit eẽ heres ex sua ĩstitutione si ipe cũ filio erat institutus heres ꝛ iussit filiũ adire si tñ pr̃ prius adiuit necesse ẽ:vt postea iubeat filiũ adire.vt. ff. de acquir.here l.si ego.ꝛ l.seruus.ꝛ l.si ex sua. Item q̃ bonis patris abstinuit si per suppositã emptoris psonã patris bona mercatus pro bet psumitur p simulationẽ repudiasse:ꝛ ideo a creditoribꝰ cõuenitur atq; si bonis patris se immiscuisset.vt.ff.de acqui.here.l.si is qui bonis. ¶ Surripiẽdo aũt rẽ hereditariã vel expilãdo non obligat extraneus heres hereditatis. nã admissum ꝺiam voluntatẽ declarat.vt. ff. e.l. siqs exneus. sicut ꝛ si ĩstitutꝰ heres obmittende hereditatis causa pcium accepit: necesse pro herede gerit qui accepit ne sit heres incidit tamẽ in edictũ ptoris si omissa causa testamenti siue pecuniã accepit siue promissionem pecunie.vt.ff.de acq.he.l.fuit qstionis. Sui autẽ ꝛ necessarij heredes pulegium seu bñficiuz abstinẽdi amittunt si ãteq̃ se imisceant aliqd de hereditate amouerint celauerint interleuerint consumpserint aut curauerint dolo malo quid eorum fieri sed si primo abstinuisset ex posteriori delicto hereditati nõ obligant.vt.ff. de acqui.here.l.si seruũ quis. §.ptor ait vsq; in fi.l. ¶ Liquet ergo aditionem hereditatis ĩ sola ꝛ nuda voluntate consistere:sed per extrinsecos actus declarari secretavoluntatis hic ita si is cui deleta est hereditatis talis erat qui de iure ciuili poterat succedere. Nã si erat emãcipatus qui p bonorum possessionem tantum

a Scit. Et an istud pcedat ĩ bo. pos. vide p.d.alex. ĩ l. emãcipatis. §. qui ad mitti ad bo. pos. possiunt.

BIU Cujas

de iure pretorio admittit sola volūtate nō po-
tuit fieri heres. Dz necesse ē vt cōā ptore agno
scat bo. pos. t ita gerit pro herede de iure pre-
torio. vt. j. eo. l. j. t. l. puberē. t. l. suum heredez.

1 ¶ Potest hereditatē adire hō liber paterfa. cō
pos siue mentis maior. xxv. an. qui scit mortuū
esse testatorē t sibi delataz hereditatē. De hoīe
libero ideo dixi q; seruus non pōt adire here-
ditatem nisi speciali iussu dñi precedēte nec suffi
cit interuenire iussum bo. fi. possessoris vel fru
ctuarij. vt. ff. de acq. he. l. si quis bona. j. rūso.
et. ſ. iussum. Si tñ homo liber bonafide alicui
seruiat t contēplatiōe possessoris instituatur
heres t eius iussū adeat hereditatē spōte eūvo
lens heredez facere acq̄ret ei hereditatē. vt. ff.
de acq. here. l. aditio. t vt no. s. p quas pso. no.
ac. Filius etiā fa. iussū patris precedēte adire de
bet pfecticiā hereditatē. i. q̄ delata est ei contē
platione pris quotiens pater tñ mandat filio
adire cert⁹ esse debet an pro parte an ex asse et
an ex institutiōe t an ex testamēto an ab inte-
stato fili⁹ sius existat heres. vt. ff. e. l. quotiēs. t
patri vel dño hereditas vel q̄d aliud queritur
per filiū vel seruū vt nullo momēto substituisse
videt in persona filij vel serui. vt. ff. de acq. he.
l. placet. Jn aduēticia aūt hereditate t fili⁹ sine
patre t pr̄ sine filio ius habēt adeundi. vt. ff. de
acq. he. q̄ in aliena. t. j. de bonisq; li. l. vl. nec fili⁹
sine pr̄e nec pater sine filio in alteri⁹ preiudiciū
repudiare pōt: vtriq; aūt repudiare possunt. vt
ff. de acq. here. l. is q̄ heres. ſ. vl. ¶ Cōpotes sue
mentis adeūt etiā muti t surdi vel q̄bus bonis
lege est interdictū nō tñ furiosi vel demētes. vt
ff. de acq. he. l. mutū. j. rūso. t. ſ. j. ¶ De maiori-
bus ideo dixi q; minores. xxv. an. siquidez sint
impuberes t infantes. i. minores. vij. an. nunq̄
possunt adire p se. ſz tutor eoꝝ nolle pōt p eis
adire t eis hereditatē acq̄rere qđ si non fecerit
hereditas deuoluit ad eos qui sunt in sequēti
gradu post infantes. Si aūt infans sit in ptāte
sui pris licet patri eius nolle adire qđ si non fe
cerit t infans in infantili etate decesserit pater
oīa ad ifantē deuoluta iure paterno quasi iam
a Impu- a infanti q̄sita capiet. Si aūt impubes[a] excesse-
bes. Vi- rit pdictos. vij. an. nō aliter poterit adiri here-
de subti ditas nisi tutoris vel pris auctoritate interue
liter scri niente t impuberis actu t volūtate vel sola vo
pta circa luntate sine actu cōsentiēte. Vel si ipubes nō
ista p. d. habeat tutorē vel patrē ipse poterit adire pre
frā. aret. toris auctoritate t decreto. vt. j. e. l. potuit. t l.
in sua so si infanti. si aūt impubes non adierit cū predi-
lenni re ctorum auctoritate vel solēnitate ipso iure nul
pe. l. si in la reputat aditio t ideo abstinere vel repudia
fanti. j. e. re hereditatē pōt. ¶ Puberes autez minores
in. j. col. xxv. an. adire debēt hereditatē curatoris aucto
et cuz ibi ritate. si aūt adierint sine eis habēt bñficiū in
scriptis inte. resti. vt. ff. de acq. here. l. impuberibus. t. l.
potest so ei q̄ se. t. l. necessarijs. Jdeo dixi de eo q̄ scit mor
ciare oīa tuum esse testatorē: q; siquis sciat eum viuere
scripta b vel si dubitet viuat testatorꝝ necne adire here-
per Azo. ditatem non pōt. Naz is q̄ adit cert⁹ esse debet
defunctū esse testatorē. vt. ff. de acq. here. si is q̄
heres. ſ. si quis dubitet. t. l. qui hereditatē. t. l.
neminē pro herede. t. l. qui supstitis. Jtez scire
debet hereditatē sibi delatā esse hoc est eā esse in
ea causa vt possit adiri. Naz institut⁹ heres sub
cōditione si añ ꝺditionē adeat: vel repudiet ni
hil agit qualiscūq; fuerit cōditio etiā si in arbi
triū collata est. vt. ff. de acq. he. l. is qui heres. j.
respōso. Jtē certus dz esse ille q̄ adit heredita-
tem de conditione testatoris fuerit pr̄fa. vel si
liusfa. vt ita sciat testū valere vel nō valere. Nā
si scit valere testamentū poterit adire. Secus si
dubitet de viri⁹ eius. Hinc est q; si falsum dica
tur testamētū ab herede cōpositū ipse poterit
adire si sciat se non cōposuisse. si autē dicat ab
alio cōpositū non poterit adire: q; de facto al-
terius est incert⁹: t ita dubitat de viri⁹ testa-
menti: si vero heres dubitat de cōditione sua. s.
sit pr̄fa. an filiusfa. pōt adire hereditatē. vt. ff.
de acqui. he. ſz t si de sua. Jdēq; t si putet se pu
pillum cū iam sit pubes: vel si putet se seruum
cum sit liber: t adiit spōte volens sibi heredita
tem querere si vere eēt liber. vt. ff. de acq. he. l.
qui putat. ſ. vl. t l. qui se pupillū. Jtē de viri⁹
testamēti vel hereditatis iure dubitare videt
is q̄ scit vel credit aliū esse: vel futurū esse in pre
cedenti gradu successiōis. Vñ dicit q; primus
a filio posthumo heres dū mulier pgnans est: t
aut putatur esse pgnans adire hereditatē non
pōt. sed si scit nō esse pgnantē adire pōt heredi
tatē. Alle aūt q̄ est in eodez gradu quo t ille qui
dicitur nascitur⁹ si filius est in ptāte iterim est
heres insolidū si mulier nō sit pregnans: vel si
pregnās est ex vno filio erit heres iam natus si
lius pro dimidia. vt. ff. de acqui. here. l. cum qui
dam. ſ. q; dicit. si autē filius est emācipat⁹ non
aliter est heres q; si sciat nō esse pgnantē. vt. ff.
de acqui. here. l. vētre. Qui aūt certus est testa
mentū nō esse falsum: vel ruptū: vel irritū: licet
dicatur esse pōt hereditatē adire. vt. ff. de acq.
here. cum quidā. ſ. vlti. Jtē is qui adit heredita
tem scire debet qua ex causa hereditas ad eum
pertineat. naz si adeat quasi ex testamēto cum
sibi deferat ab intestato vel ecōuerso sibi non
preiudicat: vel si putauit defunctū esse seruum
suum cū esset eius agnat⁹ vel si putauit se here
dem ex vno testamēto cū eēt ex alio et audiuit
cum nō sciret pro certo: ex quo deferet heredi-
tas sibi nō pīndicat in adeūdo. vt. ff. e. l. si is ad
2 quē. t. l. eum q̄ duob⁹. ¶ Jtē scire debet ille qui
adit vtrū pure an sub cōditione sit institutus.
nam si dubitet de hoc nō poterit adire: ſz pu-
re sit instituꝝ: t licet sit institut⁹ sub cōditione
et fato paruit cōditioni quā cert⁹ nō erat esse
appositā vel credebat se esse pure institutū nō
poterit adire: secus si putabat conditionē ap-
positam: cum esset pure institut⁹: t impleta est
cōditio quā putabat iniectā. vt. ff. de acqui. he
re. l. heres institutus. t. l. sed et si de sua. Illud
autē non videt nocere heredi quomin⁹ adeat
si partez nesciat in qua institut⁹ est. Si tñ erat
eius pro positi: vt si sciret maiorē vel minorem
portionem hereditatis nihilominus adiret. vt
ff. de acqui. here. l. si quis extraneus. ſ. sciendū.
et. l. ex semisse. t arg. ff. de mili. testa. l. qui iur.

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

BIU Cujas

Jtez nec illud nocet si ex vna parte institutus sim pure ꝛ ex alia sub cōditione: cuius partis conditionē nescio impletaz: quemadmodū ꝛ si ignorarem an coheredi meo sim substitutus. ꝛ ita est intelligendū qđ in predicta.l. cōtinētur. ſ. sciendū. ¶Adire debet quis pure hereditatē hic em̄ est actus legitimus q̄ non recipit cōditionem. vt. ff. de re. iu. l. actus. Nā si dicat aliqs adeo si soluendo est hereditas nulla est aditio. vt. ff. de acqui. here. l. cū qui. ſ. vlt. ¶Jtez debet adire ſpōte. nam siquis adeat per metū fiet here: sed dabit ei abstinēdi potestas. Sed vbi fallens adiuit metu verboz̄ vel aliquo timore coactus nō sit heres. vt. ff. de acq̄. here. l. vj. ſ. vlt. et. l. si metus causa. et. ff. q̄ me. cā. l. si mulier. ſ. si metu. qđ est intelligendū qñ p̄missa denunciatione, ptestatus est sciatis me nolle adire: et si dixero me velle adire. sed illud notandū est: quia quis qñcq̄ adit coactus per iudicē: vt si dicat testator titium seruū meum ſtituo: ꝛ titius non vult adire negās se seruū meum. vt. j. e. l. cū aliquis. Adire debet quis hereditatē: vel in totum: vel in nihilū[a] si pōt eam adire in totum: vt plene dixi. ſ. de impub. ꝛ alijs substi. ꝛ dicit ff. de acq̄. he. l. j. ꝛ. ij. Jtē adire debet aliquis semel tm̄ si per se deferat ei hereditas. Nā si per seruū meum deferat mihi pars hereditatis pure ꝛ alia sub cōditione si semel iussero eum adire portionē puram iterum potero eum iubere adire portionē aliam cōditionalē. s. iam existente cōditione. vt. ff. de acq̄. he. l. si solus. Jtē adire pōt quis hereditatē p se nō per ꝓcuratorē nisi sit ꝓcurator cesar ſ. Sz sec⁹ est in bonoꝝ possessione. vt. ff. de acq̄. he. l. si quis alicui. ꝛ. l. per procuratorē. ꝛ de offi. procur. ce. l. j. et de bo. pos. l. iij. ſ. acq̄rere. ꝛ est ratio differentie quia bonoꝝ possessionis acquisitio non consistit in solo aīo vt hereditatis aditio: statim em̄ vt ego mandarem ꝓcuratori de adeundo per me video: adiuisse. Quecūq; aūt diximus de aditiōe hereditatis q̄tum ad extraneos heredes dicēda sunt de immixtiōe q̄tū ad suos heredes. Adire em̄ proprie est extraneoꝝ: immiscere aūt suoꝝ heredum. vt. ff. de acq̄. he. l. cū bonis. nam sui heredes ipso ꝙ iure infingit eis hereditas nec est eis aditio necessaria permittit tamen eis a pretore abstinere. vt insti. de he. qua. ꝛ dif. ſ. sui. ꝛ de he. q̄ ab intest. defe. ſ. sui aūt. ꝛ. ff. de legiti. he. l. in suis.

a Nihilū Vide late barb. in rūsiōe rubrice. ff. de acq̄. here. i iij. colū.

¶De repudiāda vel abstinēda hereditate. 32

3 Qualiter adeatur hereditas dictum est. s. Nunc videamus de ea repudiāda vel abstinēda. Videndum ergo quid sit repudiare hereditatē: vel quis dicatur abstinere ab ea: ꝛ quis possit eam repudiare vel ab ea abstinere. ¶Est autē repudiare hereditatē nolle eam habere sicut adire est velle eam habere. vt. s. tit. proxi. diximus. Hinc est ꝙ ille demū repudiat qui pōt eam adire. vt. ff. de re. iu. l. eius est nolle. ꝛ. ff. e. l. ij. ꝛ. l. is qui heres. ꝛ. l. is pōt. ¶Quis autē possit adire vel nō plene. s. tit. proxi. dixi. ¶Item repudiat ille qui scit se posse repudiare. Nam si putet se non posse repudiare q̄ credit se necessariū heredē cum sit volūtarius non poterit repudiare. nam plus est in opinione ꝙ in veritate: ꝛ sicut non pōt repudiare ita ꝛ ecōuerso nec pōt adire vel volūtarius heres existere. Item ꝛ is qui non valere testamentū aut falsum esse putat repudiare non pōt: sed si certum sit falsum non esse qđ falsum dicitur sicut adeūdo acquirit ita ꝛ repudiādo amittit hereditatem. vt. ff. e. l. is q̄ putat. ꝛ. l. ecōtrario. ꝛ. l. nec is. Repudiat hereditatē institut⁹ heres et ab intestato veniens. Si tñ quis repudianerit hereditatē quasi institut⁹ nō admittit hereditatem quasi legitim⁹. Sed si quasi legitim⁹ repudianerit siquidem scit se heredē institutū credendum est vtrūq; repudiasse si ignorat ad neutrum ei repudiatio nocebit nec; ad testamētariam qm̄ hanc nō repudiabit nec; ad legitimā

4 quia nōdū fuerat ei delata. vt. ff. eo. l. nec is. ſ. b vlti. Fit repudiatio[b] non tm̄ verbis sed etiā re. Reputa rem abijciēdo ꝛ aliquod ius iudicio volū diatoris. vt. ff. e. l. recusari. Nuda em̄ volūtate adire est ꝛ repudiat hereditas. vt insti. de he. qua. et dif. ſ. pe. ꝛ semel adita non repudiat postea: et semel repudiata nō adit postea. vt. j. eo. l. sicut. nisi iuuet quis rōne minoris etatis. vt. s. si se iij. volu. ab here. absti. ꝛ. s. si omis. here. vel bo. pos. acq̄. vel nisi iuuetur quis rōne oneris superuenti filiorū in tis ex persona coheredis. Quid em̄ si adiui he reditatē p̄ portiōe mea. Coheres autē meus abstinet se a portiōe sua datur mihi electio vt aut totā hereditatē agnoscā aut a tota recedā et ita abstineo ꝓpter alium q̄ propter personā meam nō poterā abstinere: si tñ creditores dicant se contētos portiōe mea ꝛ alteri⁹ parte. se debēt creditores abstinere vt eius partis actiones mihi dentur ꝛ ita emolumētū habeā in totum sed p̄ parte adita a me sentiā onus nec enim possum exonerari deferat mihi conditio vel electio p̄dicta. vt. ff. eo. l. cū hereditate. Jnuatur[c] etiā quis qñcq; rōne patrie ptātis vt li[c] Jnuat. ceat ei adire hereditatē paternā quā recusauit. Adde et Distingue tñ vtrum iste suus heres erat minor cautelaz an maior. Si minor ē poterit adhuc adire infra quaz p quadriēniū qđ incipit post. xxv. an. p̄ restitu- nit Cetionibus in inte. dādis. ꝛ post quadri. hz trien- po. c. xxvj nium si res hereditarie nō sunt alienate. Si aūt col. iiij. p alienate sunt: siquidez alienate sunt in maiori illo q̄ adi etate oīno repellit suus heres. Sed si alienate uit here- sunt in minori etate sufficit heredi minor etas ditatē re ꝛ quadriēniū ad in inte. resti. pe. Si aūt suus he pudiādā res maior. xxv. an est q̄ repudianit hereditatē vel illi re paternā ꝛ res hereditarie iam venundate sunt nūcian oīno repellet postea. Si autē res alienate non dam. sunt adhuc poterit adire infra triēniū. vt. j. eo.

5 l. vlt. ¶Illud sciendū est ꝙ repudiare p̄priū est extraneoꝝ. Jmmiscere aūt est suoꝝ heredum: q̄ autē dicūtur in vno ꝛ in reliquo. vt. ff. de leg. j. l. nam nec. Jtē in omni repudiatiōe vel abstentiōe legati vel hereditatis cert⁹ dz esse de suo iure is q̄ repudiat. vt. ff. e. l. in repudianda.

BIU Cujas

¶Quēadmodum testamēta aperiātur ⁊ inspiciātur ⁊ describantur. 33

RAtia deliberatio
nis vel vt sciat quis q̄d et q̄tum de-
beat;petere postulaſ.vt;ape.testa.in
1 spicianſ ⁊ describanſ. ¶Videndū er
go quo iure fiat exhibitio nedū testatoꝝ ſꝫ oīz
instrumētoꝝ.Et q̄s petat sibi exhiberi vl̄ ape-
riri vel describi testamētū.Et quid appellatio
ne testamēti ꝓtineat. Qualr fiat aptura vl̄ ex
2 hibitio.Et qñ eēt. ¶Fit añt exhibitio testamē
torū ⁊ ıſtrumētoꝝ interdictis⁊ actiōib⁹ multis
3 vt plene no.ſ.de edēdo.ſ.nūc de editiōe.¶So
test petere q̄libet vel̄ noīe suo: vel noīe alieno
testamētū aperiri vt ıſpiciat ⁊ describat. Nec
eīm sine iudice transigi:nec apud iudicē exāri
veritas de his cōtrouerſijs q̄ ex testamēto ꝓfi
ciscerenſ alr pōt q̄ ıſpectis cognitiſq; v̄bis te
stamēti.vt.ff.e.l.j.⁊.j.e.l.ij.nec eīm testamentuz
est vni⁹ hoīs.i.heredis:ſꝫ vniuersoꝝ q̄bus ille
ascriptū est:qm̄ potius est publicū instrumētū
4 Et est illud,ꝓpie testamētū qđ iure ꝓfectū est
sed abusiue ea q̄ testamēta appellam⁹ q̄ falsa
sunt vl̄ iniusta vel irrita vl̄ rupta. Jtē q̄ impfe
cta solem⁹ testamēta dicere ⁊ videnſ ad cām te
stamēti ꝓtinere qđcūq; q̄si ad testamētū factuz
sit qđ cotineat suprēmā volūtatē:⁊ tā principa
les q̄ scđe tabule cōtinenſ ⁊ codicilli.vt.ff.e.l.
ij.⁊.l.sicut.⁊.j.e.l.vl.Et si plura testamēta sint
oīa exhibenda sunt:⁊ si vnum sit autenticum:⁊
aliud exēplum nō sufficit exhiberi exēplum: ſꝫ
necessariū est exhibere autēticū.vt.ff.e.l.ij.ſ.si
plura.⁊.l.vl.¶Debet is q̄ postulat exhibitionē
vel descriptionē iurare q̄ nō calūnie causa hoc
petat.vt.j.eo.l.eius sicut.⁊.ſ.diximus in autē.
ad exhibendū.⁊.ff.ad exhi.l.thesaurus.Facien
da est exhibitio coram ꝓtore;vt ipse cogat si
gnatores ꝑuenire ⁊ sigilla sua recognoscere vl̄
negare se signasse: publice eīm expedit supre-
ma hominū iudicia exitum habere. Sed si ma
ior pars signatoꝝ inuēta fuerit poterit ipis
interueniētibus resignari testamentum ⁊ reci-
tari. Sed si quis ex signatoribus aberit mitti
debēt tabule testamenti nisi ipse sit vti agno-
scat.nam reuocari eum agnoscendi causa one-
rosum est quippe sepe cum magna cautione a
rebus nostris auocamur:⁊ sic iniquū dānosum
cuiq; esset officium suum: nec ad rem pertinet
vnus absit an omnes. immo ⁊ si vnus neget si
gillum suum agnoscere nō ideo minus quidez
aperiuntur tabule:et alias suspecte sunt.⁊ ita
vox vnius testis inducit ꝓsumptionez Quid
si forte omnibus absentibus aliqua causa iu-
beat tabulas aperiri debet ꝓconsul curare:
vt interuenientibus optime : opinionis viris
aperiantur ⁊ post descriptum ⁊ cognituz factū
ab hiſdē quibus interueniētib⁹ aperte sunt ob
signenſ:tūc demū eo mittanſ:vbi ipsi signato-
res sicut ad inspiciēda sigilla sua.vt.ff.e.l.cum
ab initio.⁊.l.sed si maior.⁊.l.si quis.⁊.l.j.ſ.vlt.
5 ⁊.j.e.l.ij.¶Fieri debet exhibitio sine die ⁊ cōsu
le ne quid falsi fiat. Nec ⁊ inspectio materiam
falso fabricādo instruere pōt inspectio tabula
rum ⁊ lectionē earū indicat ⁊ dari ꝺz tp̄s ad ex-
hibitionē faciendā ſm locoꝝ ⁊ gustias.vt.ff.e.
l.v.ſ.inspectio.⁊.ſ.die.⁊.ſ.vtrū. ¶Aperiūtur
tabule ꝓcer eam partē quā aperiri vetuit de
functus:vel q̄ ad ignominiā alicuⁱ dicit ꝓtine-
re.vt.j.e.l.iij.⁊ qñq; ꝑsumitur testatoꝝ ēvoluisse
ne aperiātur ta.vt qz testatoꝝ seoꝝsuz eas signa In ista
tas dereliquit: ⁊ ideo nō inspiciūtur nisi causa rubrica
cognita.vt.ff.e.l.pupillares. Itemvino testato adita he
re non aperiuntur.vt.ff.eo.l.iij.ſ.si dubitetur. reditate

¶De edicto diui adriani tollendo:⁊ quēad- et stante
modū scripti heredes in pos. mittātur. 34 heres in

ADita hereditate stitutus
mittit in
que solo aīo fit: restat vt heres mit pos.ſ.re-
tatur in pos. rerum hereditariarū. rū here-
6 ¶Videndū ergo qñ: et quo ordine ditariaꝝ
mittātur heredes in possessionē:⁊ sup tali mis-
sione tractabat edictū diui adriani: iniq; tñ.vñ li immis-
ponit nō de eo seruādo ſꝫ tollēdo. dicebat eīm sione tra
q̄ si scriptus heres postularet se in possessionē etat edi-
mitti nō aliter missio fieret nisi reip. dareſuige ctuz diui
sima pars hereditatis:⁊ multe erāt interpreta adri.tol.
tiones ⁊ distinctiōes circa edictū facte. Modie impator
ergo sublato edicto fit missio in possessionē re-nō ponit
rum hereditariarū.Distinguetñ vtrum heres de reser-
sit institutus in testamēto nuncupatiuo: an in uando ſꝫ
scriptis. Siquidē sit institutus in nūcupatiuo de tollen
agetur gratia adipiscende possessionis rerum do. quia
hereditariarū per interdictū quoꝝ bonoꝝ. olim ta-
vt.ff.quoꝝ bo.l.j.Si autē sit institutus in scri le edictū
ptis fiet missio per.l.iustinianivltimā istius ti. dispone-
vel p edictū diui adriani sublatis iniq̄tatibus batq; scri
eius.ita tñ si testamentū sit non cancellatū nō ptus he-
abolitum nec ex quacunq; sue forme parte vi-res po
tiatū:sed quod prima figura sine vituperatio-stulare se
ne appareat ⁊ depositionib⁹ testium legitimo mitti in
rumvallatū sit.⁊ ita vitium qđ subiacet oculis pos. non
corporalibus impedit missionē vt dictū est.Vi aliter fie
tium autē incorporale qđ non subiacet visui vt ret: nisi
si dicatur filius defuncti in testamēto ꝓteteri-reip. da-
tus ⁊ ita dicatur testamentū ipso iure nullum. ref. xx.
vel si dicatur falsum:vel si dicatur inofficiosum pars he-
vel alio vitio visibili subiectū. vel si dicatur de reditat⁹.
functus esse seruus nō impedit missionē.vt.j. et multe
eo.l.q̄uis. Jste tñ questiōes si ageretur heredi erāt iter
tatis peti.vel petitorio iudicio nō ꝓtermit-ꝓtatio
terentur: immo añ alia principaliter cognosce nes ⁊ di-
rentur.vt.ſ. de pe.here.l.liber. Sꝫ secus est in ſtictiōes
hoc iudicio possessorio nisi possessor ꝓbaret in ī hoc edi
continenti ⁊ euidēter inuisibiliavitia testamē cto ꝑ fa-
ti vel aliquas ratiōes quibus repellit heredē. cio hodie
vt.ff.ad exhi.l.iij.ſ.ibideꝫ. ⁊ de carbo.edi.l.iij. ergo sub
ſ.cause cognitio. et vt in pos.leg.l. si is a quo. lato hoc
7 ¶Ordine fit predicta missio vt primo mittaſ edicto ft
institutus q̄ substi. ⁊ sic per ordinē de singulis missio in
qui gradu precedunt.vt.j.e.l.j. Quādoq; tñ in pos.rerū
stitutus simul cum substituto mittet. vt.ff.de heredita
9 sationis. Et fit abolitio tribus modis. vno per principē spōte sua id facientē: puta ꝓpter diē insignē aut publicā gratulationez aut obrem ꝓspere gestā. Altero modo fit per accusatorez postulantē. Tertio modo fit p mortē accusantis vel accusati vel bienio transacto sine culpa accusatoris. vt. ff. e. l. abolitio. ⁊. l. vel ob rem. ⁊. l. aut priuatim. ⁊. ō. si reus vel accusator mortuꝰ fuerit. l. ij. ⁊. l. defunctus. ⁊. l. si vt proponis. Et nota ꝙ illa abolitio q̄ nullo postulāte concedit̄ a solo principe indulgetur: ⁊ illa inducit ferias repetinas: alia autē que fit accusatore postulāte a quolibet ordinario qui de crimine cognoscebat tribui pōt: nō a delegato. Et pro tribunali dz cognoscere preses de ea nō de plano nec alteri demādat hanc cognitionē. vt. ff. e. l. j. §. abolitio. vtrāq̄ ergo pñte pte cā cognita debet indulgeri. Et in causę cognitione versatur vt si per calūniā accusationē ꝓposuit nō detur ei abolitio. Si per errorē siquidē reus carceris vel verberū sustinuit iniuriā nō nisi eius cōsensu petit accusator abolitionē si nō sustinuit petitur abolitio infra. xxx. dies nisi liberoꝝ hominū corpora cā testimonij fuerit̄ lacessita tormentis: tūc em̄ vtroq̄ volente nō cōcedit̄: post xxx. autē dies nō datur: sed in quibusdā criminibus nullo modo ⁊ nullo honore cōcedit̄ abolitio. i. in quibus nō tū accusator: sed etiā accusatori incūbit ꝓbatio: vt nō violata maiestate aut patria oppugnata vel tradita: aut peculato admisso: aut sacramentis desertis: aut in crimine falsi. vt. ĵ. e. fallaciter. ⁊. l. pe. ⁊. ō. ad. l. cor. ne. de falsis. l. vbi. ¶Itē illud sciendū est ꝙ vbi

a cūq̄ accusator petit abolitionē[a] ꝓpterea ꝙ ab accusato accepit pecuniā vt desisteret nō est ei abolitio dāda nisi accusator accusauerit cognatos suos vel accusauerit perseq̄dēo iniuriam suā vel suoꝝ. vt. ĵ. e. l. pe. Nā quāto facilius admittit̄ pseq̄dēo iniuriā suā vel suoꝝ tanto tā q̄n magis est venia dignus. Sed in alio casu ob reuerentiā amoꝛ ꝓpinquoꝝ id ei concedit̄ impune dicto. s. casu cum destitit per pecuniā nec accusauerat per fallaciam: sed quidam eis cōcedūt id etiā si per fallaciā accusauerūt: nec in his dicit̄ stinguam erat tale crimen super quo poterat transigi: an non. Nam posse vel non posse transigi respectu accusati dicitur: accusator em̄ semper est illicitū ꝓpter pecuniā desistere. vt. ff. ad turpil. l. ab accusatione. ⁊. ĵ. ad turpillianum

10 l. si femina. nisi in predictis duobus. ¶Abolitione autem a principe indulta: licet accusatori repetere reum infra. xxx. dies vtiles com-

Abolitio ē triplex publica legalis ⁊ priuata. vide plene ꝙ bar. in. l. aut priuatim. §. tria. Sinta. ff. eo. ti. ad turpil. et abolitio nibus.

a Abolitionem. An inuestigator possit officio suo seguendo accusatos ne ichoata remittat̄ iniuria. bar. in. l. sauerat. libelloꝝ. ff. de accu. i cessit̄ ꝙ per illicitū ꝓpter pecuniā desistere. vt. ff. ad turpil. l. ab accusatione. ⁊. ĵ. ad turpillianum in. l. pe. l. princi. ff. de publ. iudi.

BIU Cujas

putandos ex eo die quo ferie finite sunt. vt. ff. ti.j.l.j.& ff.e.l.aut.ff.triginta.Sed vbi aliqs impetrat abolitionē nō admittit postea nisi princeps id ei indulgeat.& ita impetrat abolitionē abolitiōis.vt.ff.e.l.j.& ff.e.l.mulier.ff.vl. Et nota q abolitio principis nō habet locū in illis criminibus in quibus phibetur spālis abolitio.i. in quibus accusanti & accusato incūbit probatio.vt.ff.e.l.pe.In his ergo q̄ pretextu abolitionis desistunt incidit in turpillianum.

De generali abolitione.Rubrica. 43

1 Quasi supra tractauit de abolitione tm̄ qua vna extinguitur accusatio: ponit hic de ea qua oēs perimūtur accusationes:& ideo dicit de abolitiōe gñali. Est aūt certū q̄ a principe solo idulgetur:vel ob letitiā aliquā:vel ob honorē domus diuine:vel ex aliqua cā:vel ex qua senat⁹ cēsuit abolitionē reor̄ fieri:& ea iterueniēte si accusator intra prestitutos.xxx. dies non repetierit reū nō icidit i turpillianū:nec em̄ videt desistere qō exemptum reū nō defert: eximitur autez reus abolitione publica interueniēte.vt.ff.e.l. si interueniēte. Supponit etiā in isto titulo de abolitione pene quādo ex indulgentia princeps remittit penā corpalē nō infamie & iō dānatus notat id est notatū relinquit.vt.j.e.l.vl.

Ut infra certum tempus criminalis questio terminetur. 44

2 In accusatione perficienda certū tps.i. biēnius statutū est.vt j.e.l.vlt.sed in casu fallit.vt notaui.s.de iudi. Intra hoc aūt tps necessarie vtriq; parti dilatiōes nō debēt denegari vbi accusato tres:accusanti aūt due tribuunt.vt.ff.de feriis.l.vl.Si aūt q̄s culpa vl otumacia se absentauerit ciuilr cōueniet in quartā ptē bonorū & in sumpt⁹ dānat aduersario & notat infamia.i. vt p edictū pemptoriū grauet opinio p sniam fiet infamis.vt notaui.s.de requirē.re. & ex ordinē punit criminaliter & si psona fuerit vilis cui dānum fame nō fit iniuriā etiā in exiliū poterit dari.vt.s.qui accu.nō pos.l.iij.& j.e.l.j.& ij.

Ad senatusc̄sul. turpillianū. Rubrica. 45

3 Quoniam pleriq; accusatores tergiuersantur.i.ab accusatione in vniuersum desistunt.vt ff.e.l.j.ff.tergiuersari.ideo ponit ad senatusconsultū turpillianū. Videndū ergo q̄n locum habeat:& que sit eius pena. Habet locus hoc senatusc̄sultum quādo quis ab accusatiōe publici criminis cā ordinata desistit.vt.j.eo.l.j. Ideo dixi publici: q̄ secus in priuato crimine puta stellionat⁹ vl expillate hereditatis vl furti vel iniuriarū tūc cessat turpillianū. Et tamē iudicis officio culpa accusatoris cohercebitur. vt.ff.eo.l.si quis.ff.si stellionatus. Itē causa ordinata ideo dixi quia si lis nō erat contestata, licet libellum obtulerim: vel crimen minatus fuerim nō teneor hoc senatusc̄sulto. vt.ff.e.l. quesitum.nec em̄ accuso:sed accusare volui. vt ff.rem ra.ha.l.amplius.Domino tamen meo.i. iohāni videbatur locum habere turpillianum etiam si ante litis cōte.post libellum oblatum quis desistat.vt.ff.e.l.in senatus.ff.qui post.& j. de calū.l.pe.Item desistit is qui in totum accusandi deposuit animū nō impetrata abolitiōe vl nō habita licentia a principe. Secus si distulit vel ob iminentes necessitates exequi nō potuit accusationē. Impedimento itaq; cessante poterit preferre accusationem & vindictam fm leges postulare.qui aūt infra prefinitū tempus a preside reum suum nō pegerit destitisse videtur.vt.j.e.l.vl.& ff.e.l.ab accusatione.ff.destitit se.& l.destitisse.& l.in senatus.ff.qui post.& s. accu.nō pos.l.si ea.Sed & qui transigit cum aduersario desistit.vt.ff.e.l.ab accusatiōe. Nec distinguo sit tale crimē sup q̄ liceat trāsigi:an nō: licere;em̄ vl nō licere respectu rei dicim⁹.vt q̄ quo mō redimat sanguinē suum vel habeat p confessō.vt.ff.de bonis eorum qui ante snīam.l.j. & de priuari.l.in omnibus. Accusator aūt incidit i turpil.vt.j.e. si femia.& l.quis.& s.de abolitio.l.abolitio.& ad.l.iul.de adul.l.vel serui.ff. j. Tutor vero vel mortuo pupillo in cuius causa ceperat accusare nō tenet eam perficere. vt ff.e.l.diuus. Item accusare videtur & qui accusatorē submittit vel subiecit vel inuestigauit vel mandat alicui & instituat eū ad accusationē capitalem faciendā dando pbationes.allegando accusatores.& merito est hoc.nam diffidendo de crimine q̄ mouet eximendo se a periculo calūnie vel desertoris merito calumniantis et desistentis pena subiici debuit nisi subordinatus accusator probauerit crimen quod intendere suscepit. Nec interest per se an per alium quis mandat accusationem. hic tamen qui ministerio vtitur alieno non ex verbis sed ex sententia senatusconsulti punitur. submissus autem accusator punitur ex verbis & sententia p pter hoc solum q̄ ministerium alieni timoris suscepit.vt.ff.eo.l.j.ff.antepe.& l.in senat.ff.responso. Sed non is accusat qui dicit aliquem in hoc senatusconsul. incidisse.vt.ff.eo.l.j.ff.antepe. Minor autem.xxv.annis impune desistit. Item mulier.vt.ff.eo.l.j.ff.accusationem. Sed est contra.j.eo.si feminam.sed forte distinguitur vtrum mulier admittatur de iure. Puta p sequendo iniuriam suam vel suorum vt tunc incidat an non:& tunc nō incidet. hec tamen distinctio in alio accusatore reprobatur in predicto ff.accusationem. Vel attende desistat pacto vt tunc incidat alioquin contra. Sed & impune desistent omnes hi de quorum calūnia non permittitur agi.vt.ff.eo.l.in senatus.ff.eos. De pena huius senatusconsulti est infamia & quinq; libre auri:& extraordinaria pena. Et ptitas p missa pro exhibitione exigitur.vt.ff.de prevaricatio.l.iij.ff.fi. et de exhibendis reis.l.iiij. et j.eo.l.ij.

Que sit pena senatusconsulti turpilliani.

De calumniatoribus.Rubrica. 46

Ista.l.ij. vide allegata per Jo.and. ad vnam q̄nez in regla ne mo pōt: in prici. in.ff.q. & reg.in. i mercu ria.

Q̄n locū habeat turpillianū



Accusatorum temeritas tribus modis punit: vt per turpillia. si desistant: & si non desistat: sz diuersaz ptē adiuuāt ꝓdita cā sua punit ex ordine: qz sunt preuaricatores. vt. ff. de preuarica. l. ij. & l. accusator. & l. ab impatore. Itē si nō desistant: sz
4 calūniētur puniūtur. l. remia. ¶ Videndū ergo ꝺ̄ sit calūniari: & qñ debeat ꝺ̄s de calūnia puniri: & que sit calūniatoris pena: & quā imponaf. ¶ Calūniari est falsa crimina intēdere sub audi scienter. vt. ff. ad turpil. l. j. ſ. calumniari.
5 ¶ Punit quis de calūnia qñ nō ꝓbauit crimē. Nā hocipso videf calūniatus. vt. ꝯ. de aduo. diudi. l. j. & ff. de testi. l. iij. ſ. itē diuus. & ꝯ. de famosis libellis. l. j. in fi. & ꝯ. ad. l. iul. de vi publica. l. si quis fundum. & de fruc. & lit. expen. l. nō ignorat. & de pena iudi. qui male iudi. autē. nouo iure. Nā aliud presumere suadeat mihi officij necessitas. vt. ꝯ. qui accu. non pos. l. ij. &. ff. de his quibus vt indignis. l. tutorem. Personarū nimia proximitas. vt. j. e. mf. & l. calūnie. Eius cui successit auctoritas. vt. j. eo. mater. ſ. sed ex neus. & ff. de bonis lib. qui cum maior. ſ. vl. Dā num rei familiaris. vt. ff. de bonis liber. qui cū maior. ſ. si patris. Intimus dolor admisi criminis: vt in marito & ei⁹ cognato de adulterio accusantib⁹. vt. ꝯ. ad. l. iul. de adul. l. ꝙuis adulterij. Et quandoq; enormitas delicti vt quis facilius ad eius accusationē ꝓsiliat. vt. ꝯ. de falsa mone. l. j. ibi. accusatoribus etiā. Et in his casibus & similibus pōt exaudiri qō dicif. ff. ad turpil. l. j. ſ. calūniatoribus. sed nec em vtiq; q̄ nō ꝓbat statim calūniari videf quod ꝺ̄. j. e. qui nō ꝓbasse. vel ita intellige sed nō vtiq; qui nō probat quasi deberet nō est necessarium argumentum. non probat ergo calūniator potest em esse contrarium licet sit probabile ar. Judex em reo absoluto incipit querere de cōsilio accusatoris qua mēte ductus ad accusationē ꝓcesit. & siquidē iustū errorez eius reperit absoluit eū. Si vero in euidēti calūnia reprehenderit eū legitimā penam ei irrogat. vt in predicta. l. j. ad turpil. cōtinetur. Quidā tñ dicūt nullum videri calūniari hoc ipso qō nō ꝓbat quibus aperte obuiāt oīa argumen. que dixim⁹. Sed vbi ꝓ nū ciauit iudex calūniatū fuisse condēnat eu & q̄uis nihil de pena subsciat tamen legis ptās exercebiē aduersus eū qz facti questio est in arbitrio iudicātis. Pene vero persecutio nō eius voluntati māda tur sed legis auctoritate reseruatur. Si aūt pronunciauerit iudex non probasti pepercit accusatori. vt. ff. ad turpil. l. j. ſ. calūniatoribus. ¶ Calumnie pena est eadem vel
6 similis que imponeretur accusato si conuictus fuisset de crimine & hoc est apertū si crimē erat ordinarium. Sed si erat extraordinarius imponitur eadem. i. quanta pro eo crimine solet imponi. vt. j. e. l. vl. & ff. de preuarica. l. ab impatore. vt. ff. ad turpil. l. & in quatis. ¶ Punit aūt calūnia solo iudicis officio cum crimen intentatū nō esse cōmissum in snia declarat sz postea ex interuallo non pōt. vt. j. e. l. j. sed incōtinēti videtur posse. vt. ff. ad turpil. l. j. ſ. calūniatoribus. ibi reo absoluto. nam que incontinenti fiunt videntur inesse. vt. ꝯ. de pactis petens. & ff. si certe. l. lecta. vel absoluto quo ad animi cognitionem. arg. ff. de ver. sig. fugitiuus.

Quid sit calūniari et qñ debeat calūniator puniri.

Aliquos casus exceptos ī q̄b⁹ quis sine ꝺ̄metu calumnie pōt accusare hēs enumeratos ꝑ panor. i. c. ij. de calūniato.

Que sit calūniatoris pena.

Qualit

¶ De penis. Rubrica 47

Primus supra de priuatis delictis & publicis: nunc de penis dicuz. Videndū ergo quid sit pena: & propter q̄ imponaf: & que: et
8 quādo. ¶ Pena est delicti vel pro delicto satisfactio que a lege vel ministro legis imponitur.
9 Et certū est qō imponif propter delicta: sed in pter hīs attēde vtrum delictum ꝓueniat ex aio: an impon non. Si em ex aio non ꝓueniat plerunq; nullo modo punitur maxime si casu vt venando committatur vel impetu vel per furorem forte vel ebrietatē. vt. ff. ad. l. pompe. de parici. l. pe. & de offi. presi. l. diuus. ff. e. l. respiciendū. ſ. vlti. Et aliq̄n punitur leuius. vt cum lasciuia vel malo exēplo cōmittitur ad. l. cor. de sica. l. iij. ſ. si ex. et. l. iiij. ſ. j. & ff. e. l. absentē. ſ. vlt. & l. respicientem. ſ. vlti. & l. si quis aliq̄d. ſ. qz aborsiōis. Sz si pretendat quis ignorantiā iuris: qz sibi licere id cōmittere credebat si ignorantia erat iuris ciuilis facile subuenitur vt in incestu & in se natusc̄osulto liboniano de eo qui sibi ascribit. Secus si erat iuris naturalis ignorantia: vt si credebat sibi licere occidere vel furari qō veteri testamēto prohibitū est. vel quasi naturalis vt dicit ī liberto temere vocāte patronū in ius. vt. ꝯ. de his q̄ sibi as. in te. l. senatus. & ff. ad. l. iuliam de adul. l. si adulteriū. & ꝯ. de in ius vocā. l. venia. & vt notaui. ꝯ. ad. l. iuliā de adul. & de iur. et fac. igno. Si aūt prouenit delictū ex aio si quidez stetit in finibus sole nude cogitationis nullo casu punitur. vt. ff. e. cogitatiōis. Vbi aūt progreditur vltra: siquidē perficiaf delictū punitur alioquin cōtra. vt. ff. ad. l. cor. de fal. l. q̄ falsum. nisi in excellētioribus criminibus q̄ continent enormitatē. vt. ꝯ. ad. l. iul. maie. l. penul. in prin. & ff. ad. l. cor. de sica. l. j. in prin. & ꝯ. si quacunq; predi. po. l. j. & de epi. & cle. l. siquis non dicam. & ff. de extraordi. cri. l. j. in prin. ¶ Admittuntur aūt delicta quattuor modis factovt furta cedesq; dicto vt cōuitia: & in fide aduocationes. ¶ Scripto vt falsa & famosi libelli. Consilio vt cōiurātiōes & latronū ꝺ̄sciētia quosq; alios
11 suadēdo immisisse sceleris est instar. ¶ Et septē modis aggrauaf vel attenuaf pena. i. cā psona tpe loco qualitate quātitate & euentu. ¶ Causa vt in verberib⁹ q̄ impunita sunt a magistro illata vel a parente q̄ emēdationis nō iniurie gra videtur adhiberi puniūtur cum quis per iram ab extraneo pulsaf est. ¶ Persona dupliciter spectatur: & eius q̄ fecit: & eius q̄ passus est. aliter em puniūtur ex his facinorib⁹ serui q̄ liberi et aliter quicūd in dñm parentēve ausus est q̄ qui in extraneū vel priuatum. In huiusmodi rei cōsideratione etatis quoq; ratio habetur. ¶ Locus facit vt idē furtū vel sacrilegiū sit & sa

BIU Cujas

pite luendū vel minore supplicio. ¶Tps discernit emensore a furtiuo ⁊ effractore: vel furem diurnū a nocturno. ¶Qualitate aūt factū vel atrocius ⁊ leuius est. vt furta manifesta a non manifestis discerni solēt rixa. a crassatijs expillationes. a furtis petulantia. ¶Quātitas discernit furem ab abigeo. Nā qui vnā ouem surripuerit vt fur coercebit qui gregē vt abigeus. ¶Euentus spectat vt a demētissimo quoq; facta q̄q; lex nō minus eū qui occidendi hominis cā ambulauerit cū telo q̄ eū qui occiderit puniat. ⁊ ideo apud grecos exiliovolūtario fortuiti casus luebant. ¶Sciendū est etiā q̄ q̄dam delicta pagano: aut leuiore culpā aut nullam irrogant militi grauiore: aut leuiore. Nā si miles artem ludicrā facit vel in seruitutem se venire passus est capite punit. Itē furta domestica si leuiora sunt publice iudicanda nō sunt. Nunc admittēda est huius accusatio cū seruus a dño vel libertus a patrono in cui⁹ domo moratur vel mercenarius ab eo q̄ operas suas locauit offerat q̄stioni. Nā domestica furta vocātur q̄ serui dñis vel liberti patronis vel mercenarij apud quos degunt surripuerint nec pro his vilioribus furtis etiā ciuiliter agi pōt. vt ff. e. l. aut facta. ⁊. l. quedā. ⁊ de furtis. l. si libertus patrono. ¶Illud etiā euenit q̄q; vt eadē scelera in quibusdā prouincijs grauius pūnītur: vt in affrica messium incēsores. Euenit etiam vt aliquorū maleficiorū supplicia exacerbētur quoties nimiū multis psonis crassantibus exemplo opus est. vt. ff. eo. l. facta. ſ. vlti. ⁊ pe. ¶Perpensa aūt qualitate delicti iponunt pene quarū septē genera tria sunt capitalia. quatuor nō capitalia. ¶Capitalia vt si caput gladio amputet nō securi vl falce vel furcis suspēdatur vel viu⁹ concremet vel vngulis bestiarū ferarū latera sulcent vel bestijs obiciatur non vt lapidet vel crucifigatur vel de ponte vel de monte iactet. vt. ff. e. l. aut damnū. ſ. vita. ⁊. l. si diuortio. ſ. nō. ⁊. l. capitaliū. in prin. ⁊. ſ. famosos. ⁊. l. siquis aliquid. ſ. j. ⁊. ħ. ⁊. s. de malefi. et mathema. l. ⁊ si excepta. Est ⁊ proxima cā mortis pena metalli cohertio q̄ admit libertatē ⁊ ciuitatē. ¶Sz illud notandū est q̄ quidā damnantur in metallū ⁊ hi grauioribus vinculis puniuntur. Alij in opus metalli ⁊ hi leuioribus. alij in ministeriū metallicorū. i. vt seruiant dānatis in metallū: ⁊ siquidem dānati sunt vt seruiant in perpetuū masculi ſ femine quasi serui pene fiunt. Si vero dānantur ad tps ciuitatem amittūt: damnati aūt in metallū vel in op⁹ metalli amittunt libertatē ⁊ ciuitatē si erant liberi. Serui etiā sic damnari pñt ⁊ dānati serui pene efficiunt nec ad eū ptinebunt cui⁹ fuissent anteq̄ damnarent adeo vt etiā si iperator liberauerit eos a pena nō tñ restituantur dño quondā cuius semel desierint eē secus si fuerit dānati in perpetua vel tpalia vincula tunc em̄ remanent prioris dñi. vt. ff. eo. l. aut damnū. ſ. est pena. ⁊. ſ. iter eos. ⁊. ſ. in ministeriū. ⁊. ſ. seruos. Est ⁊ alia pena capitalis: vt deportato et in opus publicū nō dico metalli dānatio ⁊ hec libertatē cōseruat ciuitatem admit. vt. ff. eo. l. quidā. nec psides prouincie pōt hanc ponere. Sed pōt a principe cōfirmari sīa. Sublimiores aūt potestates vt pfectus pretorio. pfect⁹ vrbis ponunt hanc penā ⁊ dicunt isti damnati amonee hoc est sine ciuitate vel apoloides: vt ibidē dr ab a qō est sine ⁊ polis qō est ciuitas. Nō capitalis pena est vt relegatio ad tps et sin
1 perpetuū facta nec admit bona. ¶Infamia ē dignitatis amissio vel ad dignitatē seu officiū vel forū interdicta aspiratio verborū experi-
a mentus. vt. ff. e. l. siquis forte. ſ. vltimo². ⁊. l. veluti. ⁊. l. aut damnū. ⁊ de iterdic. ⁊ re. l. relegatorum. ſ. ad tps. Et nota q̄ plus est foro q̄ aduocationibus iterdicere. Nā ille cui interdicit foro in forensibus negocijs se cōmodare non permittit. sed ille aūt cui interdicit aduocationibus dr abstinere ab eis in foro. ſz alijs in foro nō prohibetur operā dare. vt. ff. eo. l. moris. ¶Et notari pñt quedā genera penarū a q̄
2 bus debēt abstinere iudices. s. ne in facie alicui⁹ scribatur pena cū in manibus ⁊ in suris. i. cruribus possit pena dānationis vna subscriptione cōprehendi: nec em̄ dr facies maculari q̄ ad similitudinē pulchritudinis celestis est figurata. vt. j. e. j. siquis in. Itē pro cohertiōe delicti nō dr quis adijci pistoribus vel cuicūq; alteri corpori non cōposito intuitu religionis. vt. j. e. l. ne quis. vel etiā debent abstinere in ceteris psonis. Ecce em̄ veterani ⁊ liberi eorum vsq; ad primū duntaxat gradū pena metalli et operis publici nō afficiuntur. Itē decuriones
b et eorū liberi b ante decurionatū vel postea susc̄epti ⁊ parentes decurionū in quocunq; sunt gradu nō pñt damnari in metallū vel in opus metalli. vel vt furcis subijcianf vel viui exurā-tur: ⁊ si fuerint dānati liberandi erunt. Sz hoc nō pōt efficere qui sīam dixit. verū dr referre ad principē: vt ex auctoritate eius pena p̄mutaretur aut liberaretur. vt. j. eo. l. honor. et ff. eo. l. moris. ſ. vlti. Item liber hō non pōt sic dānari: vt in perpetuis vinculis cōtineat. hoc em̄ q̄ dixi in seruili additiōe procedere potest. vt. j. eo. l. incredibile. Item in oī supplicio seu pena puniuntur serui q̄ liberi ⁊ famosi q̄ in gre fame hoīes. vt. ff. e. l. capitaliū. ſ. vlti. ¶Et notandū q̄ q̄q; seruus tanq̄ liber: ⁊ liber tāq̄ seruus punit vel patitur penā. Nam si crimen seruus cōmisit deinde fit manumissus sustinebit eā penā quā sustineret si tpe delicti damnatus esset ⁊ ecōuerso si liber fiat seruus sustinebit eam penā quā sustineret si in priori cōditione duraſſet. vt. j. eo. l. j. Hoc in priuatis criminibus. nā in publicis ⁊ in crimine iniuriarum pñs status dr considerari. vt. ff. si ex no. causa
3 agatur. l. pe. ¶Causa aūt diligēter examinata fertur sua in conuictū vel cōfessum: in pñtem nō absentē ante litē contestatā. Si aūt fuerit quis cōtumax ante litē contestatā pecuniaria pena pōt plecti vel ea q̄ contingit extimationem ⁊ poterit procedi vsq; ad relegationes verū si quid grauius est irrogandū: puta in metallum vel capitis pena; non est absentibus

a Ultio. Per illū ſ. vltimū nouissimi in. c. ij. col. xv. extra de consti. no tāt quod ciuitatis amissio non ē pena corporalis.

b Libe ri. Lege decurionum. j. e. ad quā. l. vlt. Bar. i. l. de minore. ſ. pluriuz. i. iij. col. in ver. et ista est prie. ⁊. ff. de q̄stionibus.

BIU Cujas

4 irrogãda. ¶In accusatorẽ aũt absentẽ nõnun ꝙ grauius statuit ꝙ senatusc̃ sulti turpilliani pena. Sz nec de suspitionib⁹ aliquis dãnatur. sanctius est em̃ impunitũ relinqui facinus nocentis ꝙ innocentem cõdemnare. vt. ff. eo. l. a absentẽ[a]. Nam in criminali cã probationes etiam luce clariores exigunt. vt. s. de proba. l. vlti. ¶Presumptiones tñ sufficiunt in criminali causa qñq. vt notauimus. s. ad. l. iul. de adulte. 5 ¶Fertur sñia in delinquentẽ non in heredẽ ei⁹ vel in notos vel in propinquos: q; peccata suos debent tenere auctores. In crimine tñ lese maiestatis in multis grauantur filij ex delicto patris. vt. ff. e. l. si pena. ꝛ. l. crimẽ. ꝛ. j. eo. l. sancimus. ꝛ. s. ad. l. iuliã maiestatis. l. pe. Et siquidem certũ sit iudici quã debeat ip̃onere penã imponet illã: sz cã cognita in ipsa sñia põt eam minuere. vt. s. de his q̃ no. infa. l. ꝛ si seueriores. et. l. si posidoneum. ꝛ. ff. eo. l. hodie. ꝛ ad. l. cor. de falsis. l. antepe. nõ aũt lata sñia aliquid facere põt postea vel eã rescindere. vt. ff. ad turpil. l. j. ff. calumniantibus. ꝛ. ff. e. l. diui. ꝛ. j. eo. l. penã. ꝛ. ff. de questionibus. l. j. ff. vlti. Vbi autẽ res est dubia ꝓcliuior in leuitate dz eẽ iudex. Nã interpretatione legũ pene moliende sunt potius ꝙ exasperãde. hic est ꝙ si preses in terlocutus est. vim fecisti. siquidẽ ex interdicto nõ erit notatus nec pena. l. iulie sequet. Si vero ex crimine aliud est qđ si nõ distinxerit preses vtrum iulia publicorũ aut iulia priuatorũ tũc ex crimine ꝓpositi vl obiecto erit estimandũ: sz ꝛ si vtriusq; legis crimina obiecta sunt maior lex. i. priuatorũ erit sequenda. vt. ff. e. l. pe. et. l. si pses. Est ergo respiciendũ iudicãti ne qd aut durius aut remissius constituat ꝙ causa deposcit. nec em̃ aut seueritatis aut clemẽtie gloria affectãda est sz perpenso iudicio prout quecq; res postulat statuendũ est plane i leuioribus causis procliuiore ad leuitatẽ debent eẽ iudices. In grauioribus penis seueritatẽ legũ cũ aliquo temperamẽto benignitatis subseq. b vt. ff. e. l. respiciendũ[b]. Nec audiẽde sunt varie voces populi aut vocibus eorum credi opz q̃n aut obnoxiũ criminũ absoluit: aut innocentem 6 cõdemnari desiderant. vt. j. e. decurionũ. ¶Nata aũt sñia statim sortit quosdã effectus: dãnatus em̃ statim libertatẽ ꝛ ciuitatẽ perdit. ita ꝙ preoccupat iste casus mortẽ nonnũq; longũ tps occupat qđ accidit in psonis eorũ q̃ ad feras damnantur. sepe etiã ideo solẽt obseruari post damnationẽ vt ex his habeat questio i alios. Nec in istis effectibus cõsiderat iudicium fuerit publicũ necne. nam sola sñia nõ genus criminis spectat. Itaq; hi in quos aliaduerti iubetur quiue ad bestias dant cõfestim serui pene fiũt. vt. ff. e. l. qui vlti. ꝛ. l. qui ad statũ. ¶Itez dãnatus statim dz in carcerẽ recipi ꝛ ibi breui tpe esse: postmodũ dz educi ꝛ nõ expectari. etiã si dicat dãnatus se habere quid principi referat ne dãnatis detur licẽtia supplicãdi vel quibusdam malignis artibus presidũ ꝛ officiorũ penam euitandi. vt. ff. e. l. siquis forte. ꝛ. j. e. l. cum reis. ꝛ. s. de custo. re. l. siquis in ea. ¶Vbi tñ se nerius ꝓ cause intuitu vindicari crimẽ iusserit ip̃erator nõ dz dãnatus statim subire penã aut excipere sñiam sz p dies. xxx. sors ꝛ fortuna dãnati sup eius statu dz eẽ suspensa ꝛ interim damnatũ excipiat vinciatq; custodia ꝛ excubijs solertibus vigilãter obseruet. vt. j. eo. si 7 vindicari. ¶Imposita aũt pena dãnatus dz eã subire: aut si fugerit duplicat ei pena. s. ei⁹ tẽporis qđ ei superfuerit cũ fugit. Et si in. x. annos dãnatus sit in opus pu. aut perpetuari dz ei pena aut in opus metalli transinitti. plane si decẽnio dãnat⁹ fuit ꝛ ĩ imitio statim fugit trãsferetur in opus metalli vl perpetuabit pena. generale est em̃ quotiens decennium excessum est duplicatio nõ est tpe pena tanta dãda. Itẽ ꝛ in relegato ad tps si fugiat vel iterdictis locis nõ abstineat perpetuũ exiliũ relegationis ip̃onitur. In insulã relegato ĩ perpetuũ ip̃oni tur ei pena deportatiõis. In insulã deportato ip̃onitur pena capitis. Nã contumacia dãnati cumulat penã. vt. ff. eo. l. relegati. ꝛ. l. aut damnum. ff. quisquis.

¶Ne fine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare. 48

8 ¶Inter alias penas est hec pena cõfiscationis: vñ supponit quibus lz facere. Sciẽdũ est aũt ꝙ cõfiscatio q̃nq; fit ex oña pene: vt cũ quis deportat vel damnat in metallũ. vt. j. eo. ti. j. l. ij. ꝛ. iij. Et illud nõ concedit nisi his q̃ habẽt merum ip̃eriũ. vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. iij. ꝛ de offi. pre. l. illicitas. ff. qui vniuer. sz preses lz habeat merum ip̃eriũ non tñ deportat nisi a principe fuerit cõfirmata eius sñia. vt. ff. de pe. l. rei capitalis. ff. j. ¶Magistratib⁹ aũt municipalibus nõ concedit dãnare de capitali crimine nisi eis hoc princeps cõcedat. vt. ff. de iurisdi. om. iu. l. magistratibus. ꝛ vt hic. Qñq; fit cõfiscatio principaliter vt ꝓpter incestas nuptias: ꝛ tũc q; est ordinaria pena statuta p. l. q̃libet magistratus cognoscere põt de ea etiam municipalis q; cã talis pecuniariter ꝓponi põt. Vbi aũt nõ est statuta in. l spãliter cõfiscationis pena sz iudex ꝓ aliquo delicto ex arbitrio suo vult eã statuere nõ lz ei nisi in summa administratione sit: puta qđ est illustris vl spectabilis vel nisi concedat ei a principe: ꝛ ita põt intelligi lex ista. sic ꝛ cõmeatus remeatum ve nemo põt exuli dare nisi imperator ex aliqua causa. vt. ff. de pe. l. relegati. ff. vlti.

¶De bonis ꝓscriptorũ seu damnatorũ. 49

9 ¶De pena corporali infligenda plene dixim⁹. s. de penis. Nũc de bonis dãnatorum siue ꝓscriptorũ. ¶Videamus quibus applicent: ꝛ qualiter: ꝛ quo ordine. ¶Ad euidentiaz aũt horum capitulorũ distingue vtrũ dãnatus est aliquis ad mortẽ vel vt amittat ciuitatẽ ꝛ libertatem vel ciuitatẽ tñ an nõ. In primis tribus casib⁹ fit publicatio bonorũ. vt. j. e. in metallũ. ꝛ. l. de

a Absentem dic in. ff. sanctius. cõ cordat. l. reo. ff. de sol. ꝛ tex. in. c. dño guerraz. ff. ad hoc. in ti. hic finiẽ lex corradi. deide in cip. consue. ꝛ ad hoc facit qđ dicit d. iaso. i. l. j. ff. si. in iij. col. vj. tj. notabiliter limita. ff. de ope. no. nũ. facit pro limita. illud qđ dicit alexã. in. l. ỏ die. ff. qui satisdare cog.

b Respiciendus. Allegat illa lex ꝙ pena est cõmensuranda delicto. panor. in. c. at si clerici. in vlt. not. de iudi.

BIU Cujas

portati.sed fallit in casibus.vt.ſ̃.de mulieribus que seruis proprijs se misc.l.j.et de rap. vir.l.j.ff.siquidem ancille.Amittūt autem libertatē et ciuitatē q̄ dānantur in metallū vel in opus metalli vel in ministeriū metallicoꝝ. Amittunt ciuitatē tm̃ illi q̄ deportant.vt isti. de capi.dimi.ff.j.t.ij.Nec obstat qđ dr.ff.de variis et extraordina.cogni.l.pe.ff.consumit.Nā ibi verbū veluti nō est exemplificatiuū amissionis libertatis sed prime ꝓpositionis.i.magne capitis diminutionis cuius ibi duo ſupponuntur exempla.vel dic amittit libertatē de iure ciuili nō gētiū.nec obstat qđ dicit.ſ̃.vt nemo p̄uatis p̄dijs.l.ij.quia ibi nō i insulā ſ̄ in metallum dr deportādus vt sic duas dicamus ſpēs deportatiōis vna in metallū alia in insulā plerunq̄ tm̃ vtimur eo verbo vt denotet mediam vel maximā ca.di.hodie aūt nemo bene natus a principio fit seruus ex ſupplicio.vt in autē. de nup.ff.q̄ aūt prius.Ubi aūt nō patit q̄s mediam vel maximā ca.di.sed aliter cohercet puta relegat non amittit bona.Reprehēseq̄ ſūt eoꝝ sentētie qui ademerūt vt tm̃ non infirmarent q̄ ita ,plate ſunt.vt.ff.de inter.t re.l.relegatoꝝ.ff.ad tp̄s.t.l.j.t ſūt hec vera in oī ſpē relegationis. Tres eñ ſunt.vt.ff de inter.t re.l. exiliū. t.l.relegatoꝝ.j.rñſo. ¶Et nota q̄ exiliū q̄q̄ deportatione denotat.q̄q̄ relegatione.vt i p̄dicta.l.exiliū.t de pub.iudi.l.ij. Itē relegati q̄q̄ dicunt deportati.vt.ff. de capi. di. amissione.ff.deficere.¶Ubicūq̄ autē dixi dānati bona publicari distingue dānatus sit ſeru? an liber.Si seruus nō publicatur peculiū:imo ſerui potestas est dño faciēda vt reddant ei rationes et disponant.sed meminisse dām oportebit instare vt id velociꝰ fiat vt pene sue reddi possit.vt.j.e.l.j.si liber. Siquidē sit filiusfa. non aufertur patri peculiū etiam si erat castrē se.vt.j.e.l.ſi filius.Si aūt erat p̄fa.aut curialis aut nō. Si curialis t habeat filios masculos et non filias filij oīa habēt si filias tm̃ ipse habent dimidiā t curia reliquā dimidiā. Si filios et filias habet filij ſoli habent vnā dimidiā:t cū ſororibus ſuis aliā partiant dimidā p virili portiōe. Ubi aūt nō ē curialis publicant oīa bona:ſ̃ ꝓnceps ex eātate cōcedit dimidiā liberis dānati.t q̄q̄ oīa ſi magn? ſit numer? liberoꝝ.Sz vbi dimidia tm̃ publicat nihil cōcedit liberis.vt.ff.e.l.j.in fi.t.l.vlt.ff.ſi plures. Patrono aūt nō diminuit ſua portio dānato liberto.vt.ff.e.l.vlt.ff.ſi in libertū. Mater aūt deportata nihil debet filijs. vt.j.e.l.de bonis. vel dic q̄ hec lex corrigit per vlt. Uxore autem deportata vel dānata nō publicat dos niſi i q̄n
1 q̄ legib?.vt.ff.e.l.q̄q̄. ¶Fit aūt hec publicatio cū ſumma t diligētia inq̄ſitione oīum rerū q̄ oēs i inuētario dñt cōprehēdi.vt.j.e.l.ſiq̄s ,intra.Pānicularia aūt.i.vilia indumēta vel res viles nō excedētes estimationē.v.aureoꝝ non
2 ſunt eis auferēda.vt.ff.e.l.diu?.¶Quid i renuciatione rerū alienatarū a dānato?rñdeo ſi donatio fuerit causa mortis illa est renocata: vt rescindat testm̃.vt.ff.de dona.cā mor.ſiq̄s. Si inter viros fiat donatio aī tp̄s criminis collata in vxorē nō infirmatur imo confirmat q̄q̄ ſ.dānato marito ad mortē vel in ſeruilē conditionē ex pene qualitate deducto.Si aūt maritus fuerit deportatus manet in pēdenti donatio:ita vt ſi vx̄ ad vite ſue tp̄s maritus nō revocabit eas morte ei? confirmant.vt.ſ̃.de donā.inter vi.t vxo.l.res.Si in eūdem fuit collata ante dānationē tenet vt quelibet alienatio.Secus ſi post dānationē.vt.ff.de dona.post ſ̃.hoc in ceteris:ſ̄ in his qui fisco ex officio ſuo tenent reddere rōnem ita ſtatuit:vt facte alienationes aīq̄ incipiāt ex dolo vel culpa teneri nō revocant niſi catholicianus erat iſte quē putat Ro.primipillarē dici.tunc eñ etiā aī facta alienatio revocat.q̄ res dotales ob hoc in quietantur:t filij etiā exheredati conueniunt. vt.ſ̃.in q̄b? cau.pig,ta.ſ̃.l.ſatis.t.ſ̃.de primi pil.l.j.¶Facte aūt alienationes poſteaq̄ ceperit ex dolo vel culpa teneri revocant.vt.j.eo.l.pe.Et hoc est notandū q̄ alias inſpecto tp̄s cepti officij:non doli vel culpe.vt.ſ̃.de bo.q̄ lib. l.antepe.ff.vlti.In crimine aūt leſe maie.fiunt revocatiōes a tpe cōmiſſi criminis.vt.ſ̃.ad.l. iul.maieſtatis.l.pe.¶In publicatione aūt bonorum hodie est ſciendū q̄ nō fit:ſi damnatus habeat cognatos vſq̄ ad tertiū gradum qđ intelligo inclusiū. In crimine ma. nil innouat. nec obstat qđ dr in auten.de incestis t inutil. nup.q̄ illa corrigitur:vl illud fit cū damnatus nec libertatē nec ciuitatē amittit.vnde ē ei pena carere bonis.nō aūt est ei pena cū mortē ciuiliter vel naturaliter ſm Albericuz.p̄ia tm̃ ſolutio videt verior:q̄ ita ſubalternatiōe dicit ante in quib? leges mortē aut proſcriptionē.

¶De bonis conſcientiū ſibi mortem. 50

3 Supra de bōis dānatorum.Nūc de bonis quaſi dānatoruz.i.eoꝝ qui mortē ſibi infligūt. Sup hoc aūt distingue vtrū cōſcientia delicti aliq̄s infligat ſibi mortē:aut alia causa:vt ipatientia doloris vel ob pudorem eris alieni:t in his certū est nō auferēda bona. Sz in p̄io caſu distinguit.Erat tale crimen ob qđ nō erant publicāda bona puta furtū t tunc nō auferunt bona heredibus:an erāt publicāda. ¶Itē ſi erat crimē cuius accuſatio poterat inchoari post mortē vt repetundarū peculatus et leſe ma.auferunt heredibus bona.¶Si aūt nō poterat accuſatio inchoari post mortē non auferunt bona niſi cōſciuerit ſibi mortē post litem cōte.vel poſtq̄ fuerit in ſcelere deprehenſus.vt.ff.de iure fiſ.in fraudē.ſ.ij.t.iſſ.t de inru.rup. teſt.l.ſiquis exheredato ſ.pinde ſi autem.t de bonis eoꝝ qui ante ſiam.l.vlti.vſq̄ ad.ſ.vlti.t.j.eo.l.j.t.ij.Quid ſi dubitet quare conſciuerit ſibi mortē rñdeo dz p̄obari q̄ ſibi ob crimē mortē conſciuerit.vt.ff.eo.l.vlti.ſ.vlti.nec ob.qđ dicit.ſ̃.qui teſt.fa.nō poſ.l.ij.pro batur etiā innocentia hocipſo qđ non p̄obatur p̄ium.vt in p̄dicta.l.arguitur.

Relegatus poteſt teſtari.bar.in l.ſicut.ſ. ſiq̄s ob carmē.ff. de teſta. ſ̄ deportat? non pōt heres inſtitui t q̄ cō ſequens non pōt teſtari.ō b habeſ q̄ bar.et alios ll. j.C.ō here. inſti.

BIU Cujas

Pro declaratõe huius tituli vide bar. in. l. gall⁹. ff. t quid si tã tũ. in. iiij. colũ. v. ex quo no. ff. de lib. et post hu. q̃ aperit quomõ debeant itelligi iste leges isti⁹ tituli. vide etiaz eundem azo. s. in ti. de solu. in pn.

¶De sententiam passis t restitutis. Ti

4 Quia sentẽtiaz passi qñ q̃ restituunt: ideo t de his supponit. Sciendum est añt q̃ qñq̃ quis indulgentia liberat a pena et tunc neq̃ famã recuperat neq̃ bona neq̃ recidit in ptãtem patris fili⁹: nec seruus in dñi. vt. s. de generali abo. indulgentia. t. j. e. l. frustra. t. l. si pr̃. t. l. gñalis. t. l. cũ patrem. t. l. tutor. t. l. si ademptis. t. l. si in insulã. nisi princeps aliud dicat. Nã si rem singularez reddi ꝑcipiat nõ tñ ideo tenet creditoribus. Si añt quotam portionẽ pro ea tenet. vt. j. e. l. si debitor. sic. t insti. de fideicõmiss. here. §. siqs vna. Si añt restituit in integrũ oĩno recuperat t dignitates t honores t famã. vt. j. e. l. j. et ad cõmodũ t ad incõmodũ puta vt creditorib⁹ teneat recidit in patris ptãtem filius iste dãnatus: t si in integrũ restitutus sit libertus restituit patrono. vt. j. eo. l. ante pe. t de cõmiss. li. etiam suus. vt insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. si lex. Sic t si deportatus pr̃ fuerit in inte. restitutus. Nã filij recidũt in ptãtem suã t administratio rerũ filiorũ concedit patri. Si pr̃ sit integre fame alioquin §. Nã si patria ptãte ad corrumpendi t effundẽdi patrimonij licẽtia abutetur vt luxurioso ac dementi. Itẽ prodigo libidinum oĩum vitiorũq̃ seruo nõ est filiorũ pecunia cõmittenda ab administratiõe fugiat ne q̃ tutor datus medio tpe desinat esse imo periculum administratiõis rerũ pertinet ad eũ cũ teneatur actiõe tutele. t est hoc mirabile qõ qui est in ptãte patris habeat tutorẽ. vt. j. e. l. vlti. nec distinguo restituat in integrũ vel restituatur ad oĩa an simplr. vt. j. e. l. vlti. t. ff. de in ius vo. §. t si hac. §. liberos. t de bonis lib. l. etiã. §. si deportatus. q: verbũ restituere plenam habet significationẽ. vt. ff. de vsur. l. videamus. §. in faniana. hec nisi princeps determinet restitutionẽ suã adiciendo se restituere vt ad rem singularẽ vel ad quotã portionẽ bonorum: tũc em̃ prout determinauit erit sequẽda eius auctoritas. vt. s. dicti est in indulgẽtia. In his em̃ que medio tpe. i. anteq̃ pr̃ restituatur vel liberet a pena gesta sunt p filiũ dubitatur an restituto deportato patre debeat habere rata: t rñdetur rata habẽda. vt. j. e. l. vlt. Si tñ gesta probauerat legitima etas vt ibidẽ dicit. In testamẽto tñ qõ fecit deportati filius an teneat remeante patre post testamentũ querit aut irritetur lz in. l. aperte nõ subsiciatur? Rñdeo q̃uis em̃ dicat gesta rata habẽda non tñ l testamẽto videtur rñsum q: verba gesserũt §. xerunt nõ pertinent ad ius testamẽti. vt. ff. de ver. si. l. verba gesserũt. Jr. tñ §rium videt sensisse t scripsisse. §z mihi videt distinguendum an filius decesserit cõdito testamẽto anteq̃ restituatur pr̃ hoc est eo existẽte in pena deportationis vt tũc teneat testamẽtũ: an decesserit post reditũ patris: t sic postea q̃ recidit in ptãtem patris in integrũ restitutio. hic teneat testamẽtũ q: filij mi. ca. di. est irritatũ. vt insti. q. mo. te. infr. §. alio. Si vero filius nõ reciderat in ptãtem patris: vt q: indulgẽtia principis tñ pr̃ liberatus ẽ a pena certũ ẽ nõ irritari testiñ: q: interuenit capitis diminutio hoc in filio deportati. Secus puto in filio captiui. filius em̃ patre reuerso semp videt in ptãte patris fuisse: t ideo medio tpe nõ accepit tutorẽ. vt. ff. de tutel. l. muto. §. vlti. t gesta p filiũ irritabunt: q: in preiudiciũ patris in cui⁹ fingit fuisse ptãte nihil potuit filius agere lz in deportato cessat fictio: q: t si restituat pater vere tñ fuit et credit filius sui iuris fuisse: vnde nõ irritantur gesta p filiũ. vt. ff. ad se. con. ma. l. j. §. si pendeat. ibi. certe ꝛc. §z beneficio in inte. resti. recidit in patriã ptãtem vt sic filius nõ habeat libertatem. i. relationẽ a patria ptãte testem dãnationis: lz habeat eam testem lenitatis paterne: q: cũ officijs dz eã petere a pr̃e. vt. j. e. l. vlt.

¶Domini Azonis summa super nouem libris codicis explicit.

¶Domini Azonis prohemium ad summam Institutionum incipit feliciter.



Vasi modo geniti pueri vel adulti lac iuris cõcupiscite. Institutionũ dogmata sumite primum nutrimentũ vt doctrina preambula informati Justinia- V. leg. vinc. de leg. ni mereamini sãctioni securi⁹ inherere q̃ a xpianissimo iperatore Justinião regulariter derinata oĩum iperatorum auctoritate iubet: vetat: iudicat: punit atq̃ permittit. Hec siquidem velut alimifica dominatrix nobilitat adiscentes: exhibet magistratus: t honores cõduplicat t profectus: t vt vera p oĩa fatear iuris professores p orbem terrarũ fecit: soleniter principari t sedere in iperiali aula tribus t nationes actores t reos ordine dñabili iudicantes. Per ipsa nãq̃ vniuersi reges regnant: iusticia cõseruatur in terris: t lz romanus princeps sit legibus absolutus: tñ digna vox ex maiestate regnantis legibus alligatũ se principem profiteri. vt. C. de leg. t con. prin. i. digna' vox. ¶Ad noticiã ergo legũ habendã q̃ constringit vitas hoiũm dz quilibet anhelare ne p iuris ignoriam a rectitudinis tramite deuiare cogat. §z lz quelibet scientia principia t radices super quibus regulare constituitur fundamentum. Unde fideliter consulo his qui causarum patroni esse peroptant vt sine institutionum doctrinis ad legum sublimitates conscendere nõ presumant: qñ ex alto irremediabili corruit qui volare satagit anteq̃ pẽnas assumat. Ego autem Azo cupiens iuxta promissum perficere qõ incepi hanc institutionum summam rudibus offero t pfectis: vt ex ea quisq̃ pro ingenij sui capacitate subsidiuz recipiat t iuuamẽ.

BIU Cujas

¶In noīe dñi nostri Jesu christi Imperator cesar flauius Justinianus:almanicus:gothicus:francus:germanicus:guādalicus:affricanus:pius:felix:inclytus:victor ac triūphator semp augustus:iuuētuti cupide legū. 1

1 Gaius prohemij

dñi iustiniani sniam aperte comprehendam⁹. Facta igitur codicis pria cōpositione. vt. C. de ve. in. enu. l. ij. §. oia igitur. t. §. ij cū prosperim⁹. añ. cuius emēdationē t scdam editionem. Nā cum pcipit fieri editionē scdam habuit mentionē institutionū iam cōpositarū. vt C. de emē. iusti. co. ibi. vt vndiq; non solū ꝛc. t digestorū seu pādectar. l. libris pfectis t cōsumatis videbat plerisq; nihil amodo sup iuris cōpositiōe tractandū immo iustiniano imputandum q armorū vsu relicto legibus t scholasticis disciplinis operā dabat cum impator Gordianus dicat milites arma scire debere non leges. vt. C. de iu. deli. l. vl. in prin. t imperator sit miles t alios appellet cōmilitones. vt. ff. de mi. te. l. j. t appellatiōe familie princeps familie cōtineatur. vt. ff. de ver. sig. familie appellatione. Impator añt ad hanc sui defensionē t excusationem t excusaticis rationē assignādo sufficētissime respōdet t assignat duo tpa: vnū bellorum: t alterum pacis. In tpe bellorū necessaria sunt ad summe reipublice tuitionez ista quattuor arma vsus armorū victoria triūphus. In tēpore pacis necessaria sunt quattuor sīlia leges. s. vsus legū calūnie pulso iure religio: pnceps em̄ hostib⁹ victis sit triūphator: vel triumphatur t expellēdo iniq̄tates calūniantiū p legitimos tramites vt p iusiurādū calūnie p infamiam p penā pecuniariā. vt j. de pe. temere li.
2 sit iuris religiosissim⁹. Jsta ergo duo arma t leges pariter debēt esse in pncipe t alterū semp eguit alteri⁹ auxilio t tā militaris res legib⁹ est in tuto collocato q̄ ipse leges armoꝝ podio seruate sunt. vt. C. de iusti. co. cōfir. et tāta gaudēt similitudine pariter t splēdētvtilitate vt nomē armorū t noīa eorū q̄ exercētur in armis accōmodetur legib⁹ vel legistis. Leges ergo dicuntur arma t impator legib⁹ dō armari. vt in prin cipio hui⁹ phemij. t milites dicunt aduocati. nec em̄ solos nō impio militare credim⁹ illos qui gladijs t thoracib⁹ nitūtur sed etiā milites cōmilitāt nāq; patroni causarū q̄ gloriosevocis cōfisi munimine laborantiū spēvitā t posteros defendunt. vt. C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati. ¶Est ergo militia alia armata: alia inermis: alia litterata. vt. C. de pri. sacro. scri. l. primos. bella etiā t si nō iura dicātur de iure tñ gentiū fiunt pcepto impatoris vel pplī romani. Dicet quis si ista duo dz habere imperator: t tu iustiniane qualiter te habuisti in eis. Jnquit iustinianus prima cōium rerū sustētationē. i. vsum armorū nō omisi: imo ad eam intētionē t laborem meū retuli et militaria agmina cum omni prouidētia multiplicib⁹ t cōgruis modis coarxi vetera ad meliorē statum deducēdo vt noua constituēdo sine nouis expēsis publicis. vt. C. de iusti. co. cōfir. Jstā ergo viā cum summis vigilijs t summa ꝓuidētia annuēte deo perfici. hoc enim ptestātur barbarice gētes t alie innumerose ꝓuincie sub ditione romani imperij subiecte vel deducte. ¶Affrica etiā t sub ea cōtente prouincie ptestant quā guādali occupauerūt t vt captiuā detinuerūt centū t. v. ānis. t per dei mīam iterū subieci eas ro. īperio: vt in principio huius phemij. t. C. de offi. pfe. pre. affri. l. j. Secundāvero viā iusticie t legum oēs pplī protestātur nedū in verbis sed etiā rebus ipsis et factis cum legib⁹ a me cōpositis t ꝓmulgatis regātur. ecce em̄ extēdi curā meaz ad imperiales cōstitutiōes easq; in luculētā reduxi cōsonantiam. postea extēdi curā meā in immēsavolumi naveteris digestorū prudētie seu pādectarū: vt in hoc primo. §. oēs. t his cōpletis deliberaui an esset aliq̄d promulgandū vt rudis anim⁹ studiosi simplicib⁹ enutritus facilius ad altioris prudētie redigatur scientiā. vt. C. de veteri iure enuc. l. j. §. romani añt. tandē habita deliberatione pspexi q̄ ad portandā tāte sapiētie molem nō sunt idonei hoīes rudes t q̄ in primis legū vestibulis stant t intrare ad archana eorum pperant t aliam mediocrē eruditionē censui pperandū vt sub ea colorati t quasi principijs oīm imbuti possint ad penetralia eorū intrare t formā legum pulcherrimā non cōniuentibus oculis accipere. iura em̄ pplī romani ita cōmodissime pnīt tradi. si primo leui ac simplici via post deinde diligētissima atq; exactissima interpretatiōe singula tradantur. Alioquin si statim ab initio rudis adhuc t infirm⁹ animus studiorum multitudine ac varietate oneretur duorū alterū fiet: quia aut deseret studium: aut cum magno labore eius sepe t cum diffidentia que plerūq; iuuenes auertit seri⁹ ad id perducetur ad q̄ leuiore via ductus sine magno labore eius t sine magna diffidētia maturi⁹ perduci potuisset. Cōuocatis ergo viris illustrib⁹ et facūdissimis añcessorib⁹ Tribuniano Theophilo t Dorotheo mādaui vt cōponerent institutiones t in quattuor libros iussi partiri vt sint totius legitime scientie fundamēta pria t elementa q̄bus iuuenes suffulti grauiora possint et pfectiora legū sita sustētare. vt. C. de ve. iure enu. l. ij. §. sed cū. t in hoc phemio. §. cūq;. t. j. de iusti. t iur. §. his. Et in eo mādato prefati facundissimi viri oportune paruerunt t eas cōpositas mihi obtulerunt quas cum legi t cognoui plenissimū nostrarum constitutionū eis robur accōmodaui. Liquet igitur q̄ imperator a nemine reprehēdi immo vt christianissim⁹ t sanctissimus ab oīb⁹ hoīb⁹ tam in ope ꝑsentis libri q̄ in ceteris debet cōmendari t venerari. ¶Videamus ergo quare dicat liber institutionum vel elemētorū: q̄ fuerit occasio cōdēdi ei⁹ vel ceterorū librorū iuris. Que intētio: quis finis siue vtilitas: t cui parti philosophie suppo
3 natur. ¶Dicit autē liber institutionū quasi instructionū: q: in his prius legū ꝓceptis instruimur vt possimus percipere maiora iura t ad in

Et. l. fori eo. ti. Vi de bal. in l. cū opz. col. pe. C. de bonis q̄ li. t spe cu. tit. de aduo. §. j.

BIU Cujas

ris archana valeam? cōscendere ꝛ ingredi ad legum penetralia. Vel dicit institutionū quasi in statum romani iuris nos erigit. cum enim tres sint positiones corporis statio sessio cubatio plurimū hō pōt cū stat ꝙ cūsedeat iaceatve tūc enim debilior est. Vnde est ꝙ in liberalib? disciplinis in grāmatica dialetica iacem? atq; sedemus. i. debiles sum? easq; disciplinas non discedere ſz didicisse debem?. Per hanc añt disciplinam stātes efficimur. i. fortiores reddimur qz moribus informamur. Potuit ꝛ iste liber introductorius sicut ꝛ ceteri introductorū appellari liber introductionūſsiue ysagogarū: ſz visum est iuri ciuili cōgruētius nomē institutionū. Elementorū autē dicit liber per similitudinē quattuor elemētor. sicut em̄ quattuor elemētis totus mūdus cōfectus est sic ex hoc volumine in quattuor libros distinctos oīa iuris archana reuelātur ꝛ totius romani iuris sciētia ꝓlibatur. vel dicit elemētorū ꝙ ſil'itudinē primarū ſrarū que vocātur elemēta. sicut em̄ prima illa elemēta primo pueris legēda tradūtur: sic ꝛ hec legū initia primo iuuenib? vel legū tironib? exponuntur. ꝛ dicūtur elementa quasi eleuamēta: qz in is quasi legū p̄mitijs suffulti iuuenes eleuātur ad altissima legum scita. vel dicunt elemēta quasi eli mamēta qz in his elimatur quicq̄d fuerat in veteri iure rubiginosum: elimat quicq̄d fuerat hirsutū ꝛ hispidū: cōplanat quicq̄d fuerat mōtuosum: fabricat equitati argenteū patium: erigit iusticie soliū. ¶Dicit ꝛ iustiniani liber vt sciat nomē auctoris ad differentiā aliarum institutionū antiquarū. Huic? libri cōdēdi occasio fuit talis. placuit romanis q̄rēdē muris fundauerāt fundare eā ꝛ legib? siquidē leges q̄ daz ꝛ pauce quas romani reges tulerāt ꝓpter eorū ſupbiaz iam exoleuerāt electi itaq; x. viri missi sunt ad grecas ciuitates q̄rū vna vocabat Athene vtebat iure scripto altera lacedemon et vtebat iure nō scripto perrexerūt puenerūt petierunt acceperunt et attulerunt. x. tabulas eburneas de iure scripto ꝛ iure nō scripto easq; rome pro rostris posuerūt vt ab oībus apertius legi ꝛ itelligi possent quarū. x. tabularū interpretatio cū visa sit obscura ꝓpter data est. x. viris summa ptās in eo annouti hoīes ab eorum sentētijs non appellarēt: ꝛ vt. x. tabulaꝝ leges exponerēt corrigerēt ꝛ adderēt et detraherēt si quid esset detrahendū vel addendū. vñ factū est vt adderēt duas tabulas ꝛ sic ex accidēti vocata est lex. xij. tabulaꝝ. Deinde cū. x. viri sequēti anno magistratū sibi injuriose prorogarēt ꝛ populū violēta dñatione premerēt deiecti sunt a populo ꝛ in carcere quidē eorum necati sunt sicq; ſules facti sunt ꝛ senatusc̄ōsulta cōposuerunt postea cōstituti sunt p̄tores et ipsi edicta fecerunt emerserūt ꝛ alij multi iurisconsulti et ipsi multa respōsa cōdiderūt ꝛ ex senatusc̄ōsultis ꝛ p̄toris edictis ꝛ prudētiū respōsis cōdita sunt duo milia pene librorū tricies cētena milia versuū. Post hec creati sunt imperatores et ipsi innumerabiles cōstitutiones cōposuerūt et ex illis cōstitutiōibus cōfecti sunt tres codices Gregorian? Hermogenian? Theodosianus ꝛ alie cōstitutiones extrauagātes sicq; ventum est vsq; ad iustinianū. Videns iustinian? tam legū multitudinē tantāq; cōfusionē ꝛ qō lites pot? decidere nt̄ iudicis arbitrio ꝙ legum podio statuit in mēte sua leges emēdare et vie dilucide tradere. ¶Erexit itaq; primū animū suum ad impiales ſtitutiones: ꝛ ex tribus codicibus ꝛ cōstitutionib? extrauagātib? vnū codicem cōfici iussit suo felici noīe nūcupandū. Erexit postea animū suum ad immēſa volumina veteris prudētie ꝛ opus desperatū quasi per medium profundū vadēs celesti fauore adimpleuit ꝛ ex duob? pene milib? librorū ꝛ ex tricies centenis milib? versuū vnicū librum cōposuit quē digestū appellauit ipsumq; in quinquaginta libros distinxit. Ad hoc videns iustinian? qō ad portandā tante sapiētie molez animi rudes non sufficerēt statuit eis ꝓparare quādam eruditionē mediocrē quasi quēdam pontē ad iura maiora ꝛ altissima legum scita. ¶Huiusmodi libri sicut ꝛ ceterorū librorum iuris dici possunt materia tria. ſ. negocia vel duo vitia error ꝛ cōtumacia vel ius ꝛ iusticia sicut ꝛ nota. in materia. C. Intentio cōis est omniū conditorū iuris quēadmodū lites decidātur doceantur errantes puniātur cōtumaces. Itē est cōis intētio de iure rescribere ꝛ ad id rescribēdo operā dare vt hoīes mali efficiātur boni ꝛ boni efficiant meliores tum metu penarū tum exhortatiōe premiorum. ¶Ad hunc finem referūtur oēs condītores vt iurgia sint sopita ꝛ expulsa sint vitia. ¶Materia singular? dñi iustiniani in hoc opere sunt leges late vel duo codices cōstitutionū et digestorum. ¶Singularis est intentio tradere quandā mediocrē eruditionē quasi quēdā pontem per quē iuuenes gradiantur. ¶Specialis est vtilitas ea vt perlecto ꝛ cognito institutionum libro spes pulcherrima foueat iuuenes a singulis in singulis suis partib? suam rem publicam posse gubernari. ¶Ethice supponitur liber iste quia tractat de moribus.

¶De iusticia ꝛ iure. 2



Operator iustinianus expositur? iura populi romani p̄mittit de iusticia ꝛ iure. ꝛa iusticia em̄ velut a materia et q̄ſi fonte quodā oīa iura emanant. qō em̄ iusticia vult idem ius ꝓsequitur. Videam? ergo quid sit iusticia: ꝛ vñ dicatur: ꝛ q̄ sint eius p̄cepta: ꝛ quot sint eius positiones.

